2.

MOTIVUM JURIS,

IMPRESSUM MANDATO

ILLUSTRISSIMI

AC REVERENDISSIMI DOMINI

HUMBERTI GUILIELMI


ARCHIEPISCOPI MECHLINIENSIS,

ET BELGII PRIMATIS, &c.

PRO DEFENSIONE JURIS ASYLI,

EJUSQUE JUDICE COMPETENTE.

In quo asseritur judicem Ecclesiasticum esse competentem, ut cognoscat in casu dubio de immunitate loci sacri, ad quem confugit delinquens, & utrum eâ dignus sit etiam postquam sequestratus est auctoritate Ecclesiasticâ?



XII JULII

MOTIVUM JURIS,

DE JURE ASYLI,

EJUSQUE JUDICE COMPETENTE.

SUMMARIUM.

Num.I. Concordiam esse Sacerdotii, & Imperii, si supremarum potestatum leges consideremus.

II. Discordiam provenire ab æmulatione Officialium.

III. Utrum jus asyli, seu immunit. Ecclesiar. Sit juris divini, aut saltem Ecclesiastici?

IV. Cognitio immunitatis competit judici Ecclesiastico idque imprimis jure Canonico antiquo.

V. Uti etiam jure Pontificio novo, ex Bulla Greg. XIV anni 1591.

VI. Hæc Bulla recepta etiam fuit in Belgio, ab utraque potestate.

VII. Mores Belgii, jam diu antea ejusmodi Bullæ fuerunt conformes.

VIII. Probatur illud ipsum ex Bulla Martini V. petita & obtenta ad instantiam Ducis Brabantiæ anno 1418.

IX. Bullæ Martinianæ conformis est Gregoriana.

X. Uti etiam tractatus Episcopi Cameracensis cum Civitate Antverpiensi anni 1514.

XI. Uti quoque submissio facta Episcopo Cameracensi per Scultetum, & Magistratum Mechlinienſem, anni 1478.

XII. Usus ille judicandi, confirmatus & stabilitus est per concordata inter Carol. V. & Episcopos Leodiensem & Cameracensem anni 1541.

XIII. Eumdem usum observari in Italia, Mediolani, in Regno Neapolitano, in Sicilia, in Sabaudia & Hispania.

XIV.

XXI.

XXI. Occurritur objectioni ex ipsis Canonibus, quibus interdum dicitur immunitatem Ecclesiæ esse privilegium.

XXII. Occurritur objectioni qua dicitur Ecclesiam non habere territorium, adeoque eam non posse exercere jurisdictionem.

XXIII. Occurritur objectioni, qua dicitur, pœnas contra laicos delinquentes, constitutas esse à Principibus sæcularibus, adeoque illis liberari non posse reos per judicem Eccles.

XXIV. Occurritur objectioni petitæ, ab Edicto Philip. II. anni 1587, in quo Rex videtur sibi reservasse illud judicium.

Occurritur objectioni contrarii usus & consuetudinis.

XXVI. Occurritur objectioni petitæ ab inconvenientia.

D E-

DEDUCTIO

Pro immunitate Ecclesiarum, ejusque judice competente.

1 PRæclarè de Sacerdotii & Imperii officiis pronuntiavit Gelasius summus ac Sanctus Pontifex: *Christus memor humanæ fragilitatis, quod saluti suorum congrueret, dispensatione magnificà temperans, sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis Officia Potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbiâ rursus intercipi: ut & Christiani Imperatores pro æterna Vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu rerum temporalium, Imperialibus dispositionibus uterentur: quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus: & ideo militans Deo, minimè se negotiis sæcularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus, ut & modestia utriusque Ordinis curaretur, ne extolleretur utroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur.* Gelas. Epist. 3, distinct. 10. cap. quoniam. Nicol. Epist. ad Michael. Imp. ante finem. Ivo part. 4. cap. 188. decret.

Quibus concors sæcularis & Imperatoria Majestas, ita inquit: *Omni novatione cessante, vetustatem & Canones pristinos Ecclesiasticos, qui usque*

num tenuerunt, etiam per omnes illyrici Provincia servari præcipimus: ut si quid dubietatis emerserit id oportet non absque licentia viri Reverendissimi, sacrosanctæ legis Antistitis, conventui Sacerdotali sanctoque judicio reservari. Leg. 6. cod. de sacrosanctis Eccles. cui congruit juramentum quod Carol V. glor. mem, dignatus est facere in Romana Congregatione, sanctissimo Pontifici, his verbis: *Ego Carolus Romanorum Rex, brevi Dei gratia futurus Cæsar, per Deum, divumque Petrum, promitto polliceor, testificor, atque juro, me imposterum, pro viribus, ingenio, & facultatibus meis, Pontificiæ dignitatis, & Romanæ Ecclesiæ perpetuum fore defensorem, nec ullam Ecclesiasticæ libertati vim illaturum: sed potestatem, jurisdictionem, & dominationem ipsius, conservaturum, ac protecturum. Cujus rei testem voco Deum ipsum, & hæc sancta Dei Evangelia.*

Quibus conformia sunt quæ statuit Carolus Magnus cap. 114. de potestate Episcop. pro rebus Ecclesiæ, in verbis. *Ut Episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas providere, regere, & gubernare secundum Canonicam auctoritatem:* ut templa per Pontifices, & mœnia defendantur per Principes, ita utriusque potestatis officia, utriusque Canonibus, legibusque veluti distinctis limitibus discreta sunt. Adeo ut si supremorum Magistratuum placita, ab inferioribus observarentur, sperari posset summa concordia Sacerdotii & Imperii:

11. Attamen in expansa illâ sæculorum serie, plu-

plura occurrunt hinc inde usurpatæ jurisdictionis exempla, & quod in unico homine, veluti compendiosa quâdam republica advertimus, ut inter domesticas illius facultates, etiamsi in regimen ejusdem suppositi ordinatas, dissidium sit & bellum continuum, de quo S. Paulus tam altè conqueritur: id ipsum in Amplissimo Christi corpore mystico non raró experimus; quod etiam in illo, utriusque potestatis membra, quamvis in mutuum subsidium composita, Rixosa fiant, & intestinis bellis, quasi in mutuam ruinam commissa: quod vix principalibus potestatibus, sed ipsis subalternis membris imputandum est, quando privatis affectibus, propriæque eminentiæ magis intenti, quam Ordini totius compaginis, nec recogitant, quam indecora sit pugna, & ingloriosus belli intestini triumphus, ac non nisi victoriosa clades: sanè si cum ipsis supremis Canonum legumque conditoribus reminiscerentur, Ordinem venerationemque Ecclesiæ, firmamentum esse imperii; & vicissim Imperii gloriam, robur esse & fortitudinem, militantis Ecclesiæ: liceret sperare, ut inter se una cum principibus suis fortius uniti capiti totius Christiani corporis, quod est Jesus-Christus, una etiam cum ipsis principibus, regibusque auscultarent verbis illius, obedirentque cum ipsis unà, pacifico supremæ Majestatis istius principio & fini: Reddite ergo Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ sunt Dei.

Verum hic labor & dolor, hìc contradictio est; quod Religionis venerator Deo tribuit, hoc Molineus

lineus aut Feburetus aliquis Cæsari vindicat: si
quidem ut sanctus Hilarius loquitur: „ non es
„ambiguum, omnem humani eloquii sermo
„nem contradictioni obnoxium semper fuisse
„quia dissentientibus voluntatum moribus, dis
„sentiens quoque fit motus animorum, & contr
„veritatem, aut non intellectam, aut offendentem
„stultæ voluntatis error obnititur.

Dicit Archiepiscopus, dicunt reliqui Ecclesia
stici judices judicium asyli, immunitatisque suum
esse judicium, saltem in casu dubio: adversantu
sæculares.

Intueamur numisma cui inscripta sit hæ
immunitas. Ecce numisma, domus Dei, imagi
nibus, ejusque sacramentali præsentia Venerab
lis: Respicite sculptorem: Digito illum ostendun
Concil. Trident. Patres; quoniam ut ajunt, *De*
ordinatione & Canonicis sanctionibus est constituta
Seff. 25. cap. 20. Seu igitur auctorem, initiumve
seu finem asyli contemplemur; totum spirituale
totum est Ecclesiasticum, ut hæc considerant
dubium esse non possit, quin propriè, ac ver
juris Ecclesiastici, & sacri quæstio sit, an is qu
ad Ecclesiam confugit, illa gaudere possit ac de
beat immunitate, quam Ecclesia concessit, pro
pter venerationem divini habitaculi? Attamen n
Oratoria, sed juridica sit demonstratio: sit prim
quæstio.

An

An jus asyli, seu immunitas Ecclesiarum sit juris divini? aut saltem Ecclesiastici?

III. CONcilium Tridentinum, cui interfuerunt sæculi Principes, illos provocavit non ut conditores, sed veluti immunitatis illius Protectores, ac proinde eosdem monuit ut Officii sui memores, efficerent, ne Officiales minores eam turbarent, utpote non ab ipsis, *sed Dei ordinatione & Canonicis sanctionibus constitutam:* nam ut rectè Socrates apud Xenophontem: *Quod ab omnibus gentibus servatum, id non nisi à Deo sancitum* rectissimè percensueris.

Abundantioribus ratiociniis id ipsum docuerunt DD. & Canonistæ, quam plurimi; Aufrer. *ad decision. capel. Tholos. quæst.* 422. Anton. de Bumo. *Ad cap. cum ecclesia. De immunit. eccles.* Joannes Lupus. *Tract. de libert. eccles. quæst.* 11. *col.* 4. Joannes Igneus. *Ad lib.* 1. *ff. ad S. C. Sillanian.* Anast. Germon. *Tract. de sacrar. immunit. lib.* 3. *cap.* 16.

Denique omnes ante Covarruviam hanc sententiam tradiderunt, uti observavit idem Anast. Germon. *d. loco n.* 5. in eo saltem omnes Catholici conveniunt, quod Ecclesiarum immunitas, justè, sanctè, & legitimè fuerit, sitque sancita *sacrorum Canonum Decretis, & sanctorum Patrum authoritate, ad imitationem juris divini,* pro reverentia

rentia locis sacris debita, & ad Christianæ Religionis utilitatem.

Probat id ipsum Covarr. *Variar. Resol. lib. 2. cap. 20. num. 2. versu, tertia conclusio.* Suares de Religion. *Tom 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 12, & 13.* Quamquam fortè eadem immunitas per leges & privilegia Principum sæcularium variè promota, adjuta, & firmata fuerit.

Ex quo consequitur, quod, in examine & controversiâ immunitatis Ecclesiasticæ, jus Pontificium, & sacri Canones introspiciendi sint, ac, in casu repugnantiæ, præferendi sanctionibus juris civilis, & Principum sæcularium edictis:

Ita iterùm docet idem Covarruvias *Variar. resol. d. cap. 20. num. 3.* citans in id ipsum Imol. Cardin. Bonifacium de Vitalinis, Joannem Fabri, Archid, Petrum Bellug. & alios. Idem tradit. *gl. in cap. inter alia. x. de immunit. eccles.* Panormit. *Ibidem* Alexander *in Consil. 145. incip. viso themate lib. 7. num. 4.* Oldrad. *Cons. 154. incip. quidam delinquit.* Chassaneus *ad consuet. Burg. tit. de justices. §. 5. verbo. S'il n'a grace num. 111. in fine.* Joannes Gutieres. *Pract. quæst. lib. 1. quæst. 1. num. 8. & lib. 3. quæst. 5. num. 8.* Ubi examinat leges Regias, atque ostendit, ad sensum sacrorum Canonum esse reducendas. Quibus præsuppositis, facilè erit de præsenti controversia judicium, nimirum imprimis.

Quod

Quod jure communi Canonum antiquo, cognitio hæc, an quis gaudere debeat immunitate; pertineat ad judicem Ecclesiasticum.

IV. CONstat illud ex Can. ad Episcopos 17. *quæst.* 4. *Ad Episcopos*, inquit Gelasius Papa, *dereximus jussionem, ut eos, qui Ecclesias violasse perhibentur, accessu earum judicent indignos.*

Joannes Pontifex *Ead. quæst. Can. frater.* scribens victori Constantino, Martino, Felicissimo, Sereno, & Timotheo Episcopis, ordinat *graviter puniri eum*, qui profugum ab Ecclesia violenter abstraxerat, *quod*, inquit, *nec potestatibus, nec principibus umquam licuit perpetrare, ut hominem in sanctuariis constitutum, captata Sacerdotis absentia, reluctantem reclamantemque violenter abstraherent.*

S. Augustinus *ead. quæst. in Can. miror.* ita alloquitur Bonifacium Comitem, Africæ pro Imperatore præfectum, *Quo instigante facinore hominem de Ecclesia rapuisti?* & infra. *Si amicus offenditur, cur Deus offenditur? sed etsi de potestate præsumitur, Nabuchodonosor Regem intende, qui causa superbiæ, in bovem est ex homine commutatus, nec ante regnum recepit, quam conversus, Deum prædicavit. Ecclesiæ illæsum revoca, quem irreligiosissimè rapuisti:* & donec hoc fecerit, fidelium communionem ei interdicit.

 Con-

Concilii quoque Triburienſis Canon, qui exſtat. 17. *quæſt.* 1: ita ordinat. *ſi quis contumax vel ſuperbus, timorem Dei vel reverentiam ſanctarum Ecclesiarum non habuerit, & fugientem ſervum, vel quem ipſe perſecutus fuerit, de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo Eccleſiæ adhærentibus, per vim abſtraxerit; pro immunitate nongentis ſolidis Epiſcopo componat, & ipſe publica pœnitentia, juſto* (nota) *judicio Epiſcopi, mulctetur.*

Joannes Papa VIII, *ead. quæſt.* 4. *Can. quiſquis* 21, ſcribens omnibus Epiſcopis. *ſi quis*, inquit, *domum Dei violaverit, & aliqua ſine licentiâ illius cui commiſſa eſſe dignoſcitur, inde abſtulerit, donec in Conventu admonitus legitimè ſatisfaciat, ſciat ſe communione eſſe privatum.*

Cap. inter alia x extra de immunit. Eccleſ. Rex Scotiæ religiosè Pontificem conſuluit, in quibus caſibus quis immunitate Eccleſiæ gaudere debeat vel non? cui Pontifex, quid ex ſacrorum Canonum decretis faciendum ſit, reſpondet.

Igitur de jure communi antiquo ad Prælatos Eccleſiæ pertinebat cognoſcere, & definire, quando, & quibus Eccleſiæ immunitas ſuffragari debeat, non ad Principes, aut ſæculi poteſtates, idque à multis retroactis ſæculis obſervatum fuiſſe docent Canones præſcripti.

Aliàs ſiquidem reſpondere poterant Principes illi à Gelaſio, & à ſancto Auguſtino excommunicati, ſe priùs judicaſſe hujuſmodi abſtractos aſylo indignos eſſe, utque à ſanctuario avellerentu

mandasse. Scotiæ etiam Rex, auctoritate regali sanxisset, quod sibi libitum aut visum fuisset, quoad fugientes ad asylum, neque Ecclesiæ judicium, aut definitionem super eo requisivisset.

Gregorius IX, in cap. fin. X. de immunit. eccles. ostendens hanc sibi competere potestatem, quod antea decisum non erat, definit, & mandat Archiepiscopis Toletano & Compostellano, ut publicè denuntient, delinquentes in Ecclesia immunitatis privilegio gaudere non debere.

Si cui prædicti juris textus non suffecerint, plures reperiet apud Farin. tract. de immunitate Eccles. cap. 22. num. 367. limit. 3. Ubi plurimas, non Canonici tantum, sed, & juris civilis auctoritates deducit, quibus probat Episcopi esse, & non judicis sæcularis cognoscere: An confugiens ad Ecclesiam gaudere debeat immunitate Ecclesiastica necne, & sic, an delictum ab eo commissum, sit de exceptis, vel non?

Si denuò juris textibus, auctoritates Doctorum addere volueris, eos adire poteris, quos ex orbe Christiano infra producemus; non localis tantum, sed juris communis testes gravissimos; sed modo à jure antiquo descendamus ad novum, inquirentes.

Utrum hoc judicium competat jud
Ecclesiastico de jure Pontificio nov

v. GRegorius XIV, id definit apertissime famosâ constitutione edita anno 159 Farinacius postquam in *d. tractatu suo de munitate Eccles. cap.* 22. *num.* 369. Omnes i constitutionis Gregorianæ clausulas exactiss excusserat, ac nominatim præcipuum illud, quo hic agitur, punctum, ad quem scilicet ctaret cognitio de immunitate Ecclesiæ? N est, inquit, quod quisquam conqueri possit e quod Gregorius XIV statuerit, ad Episcop spectare cognitionem super immunitate Eccle an ad eam confugiens eâ gaudere debeat, nec postquam hoc idem statuerant jura Canon & civilia: doctoresque ferè omnes unanim hoc dixerunt, etiam ante ipsius constituti promulgationem: quapropter eadem facilitat

Bulla illa Gregoriana recepta fuit
Belgio idque ab utraque potestate.

vi. IN Synodo Antverpiensi anni 1610, sub verendissimo Episcopo Miræo *tit.* 22. 13. ordinatum est, ad evitandas difficultates immunitatem Ecclesiæ, servandam esse con tutionem Greg. XIV, per quam eadem cogn

declaratur pertinere ad Episcopos. Idem factum est per Synodum Cameracensem, aliasque quas ipsi Principes nostri sæculares publicari, atque in lucem edi diplomatibus suis jussere, ut mox infra.

Imo ipsa hæc Gregoriana constitutio ad longum, Regiâ auctoritate, impressa insertaque legitur inter Brabantiæ Ducum ac Belgii Principum edicta.

Ut parum intersit, eam Regis nostri expresso placito munitam non fuisse, cum Regiâ etiam auctoritate fuerit impressa ac publicata, cum Regis ipsius edictis atque constitutionibus.

VII. Quæque ipsa nihil novi Belgio attulit, utpote moribus nostris omnino conformis, ac veterum Canonum, qui omni placito antiquiores sunt, semperque principibus nostris placuerunt, renovatoria.

Ut novum placitum in re non nova, quæ jam pridem placuit, exigi frustra videatur: præsertim cum pleræque Belgii Synodi, à principibus nostris approbatæ, de immunitate Ecclesiæ, post eam constitutionem agentes, ad eam expressè se retulerint, ejus observantiam inculcantes: quæ ipsa rectè observavit Zypæus *in suo jure Pontif. novo. tit. de immunit. Eccles. lib.3. num.7.*

VIII. Cujus rei imprimis notorium argumentum est Bulla Martini Papæ V. concessa ad instantiam Brabantiæ Ducis, & Magistratus Bruxellensis anno 1418: quam hic inserimus.

„Mar-

„Martinus Episcopus, servus servorum Dei, „ad futuram rei memoriam. Humilibus suppli„cum votis, illis præsertim quæ à rationis tra„mite non discordant libenter annuimus, illaque „favoribus prosequimur opportunis. Sanè Di„lectorum filiorum nobilis Viri Joannis Ducis „Brabantiæ, nec non scabinorum, consulum, & „Universitatis oppidi Bruxellensis, Cameracen„sis diœcesis, Dominio ipsius Ducis immediatè „subjecti, nobis exhibita petitio continebat, „quod retroactis temporibus nonnulli scelerati, & „seditiosi viri, in necem aliorum crudeliter *& „ex proposito* machinantes, plerumque in dicto „oppido, & ejus districtu, sperantes impunitatem „suorum excessuum & scelerum per Ecclesiæ „defensionem obtinere, quam alias verosimiliter „obtinere nullatenus potuissent, homicidia, „mutilationes, & alia enormia scelera inhuma„niter perpetrarunt, & ad Ecclesias, seu cimite„ria fugientes, cum Officiales dictorum Ducis, „scabinorum, consulum & Universitatis & alii ad „quos hoc spectat, timentes per hoc ecclesias & „cimiteria hujusmodi violare, ac pœnas & censu„ras in ecclesiarum & sacrorū locorum violatores „à jure promulgatas incurrere, ipsos in hujusmo„di ecclesiis seu cimiteriis manu laicali apprehen„dere, & exinde recipere & ducere non auderent „hujusmodi excessuum, & scelerum impunitatem „obtinuerunt, ac justitiam & pœnam condignam „evaserunt, in gravem divinæ majestatis offen„sam, ac reipublicæ & totius politiæ ejusdem

„ oppidi læſionem,ac pernitioſum exemplum plu-
„ rimorum. Cum autem, ſicut eadem petitio ſub-
„ jungebat,niſi hujuſmodi & alii enormium ſce-
„ lerum perpetratores,quibus eccleſiaſtica de jure
„ non ſuffragatur libertas,in hujuſmodi eccleſiis
„ & cimiteriis,ad quæ, ſi confugerint, manu lai-
„ cali apprehendi & capi,ac inde recipi poſſent,
„ hujuſmodi perpetratores in futurum,propter im-
„ punitatem ſcelerum & confugium libertatis hu-
„ juſmodi,ſimilia de cætero non abhorrendi, ſed
„ potius committendi animũ veriſimiliter capient
„ audaciorem,pro parte eorumdem Ducis, ſcabi-
„ norum,conſulũ,& univerſitatis nobis fuit humi-
„ liter ſupplicatum ut ſuper hoc opportunè provi-
„ dere de poteſtate Apoſtolicâ dignaremur. Nos
„ igitur,attendentes quod fruſtra auxilium legis
„ invocat qui committit in legem,& quod im-
„ punitas ſcelerum occaſionẽ præſtat delinquendi,
„ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati,*perpetrato-*
„ *res prædictos,ac etiam latrones publicos, nec non*
„ *fures, agrorum depopulatores,ac publicorum iti-*
„ *nerum ac ſtratarum aggreſſores,* non debere ec-
„ cleſiaſticæ immunitatis privilegio gaudere,nun-
„ tiantes,Duci,Scabinis & Conſulibus,qui ſunt &
„ pro tempore erunt,ac univerſitati præfatis, *ut li-*
„ *ceat eis per ſe vel Officiales ſuos ad hoc per eos pro*
„ *tempore deputatos,hujuſmodi perpetratores,latro-*
„ *nes,fures,depopulatores & aggreſſores, nec non*
„ *furta in eccleſiis,vel homicidia etiam extra eccle-*
„ *ſias per inſidias committentes,*qui ſub ſpe prædi-
„ cta ad aliquam Eccleſiam ſeu aliquod cimiteriũ
op-

,, oppidi & diſtrictus prædictorum conſugerint *eis*
,, *prius de hoc legitimè convictis coram loci Ordina-*
;, *rio, cujus principalis eſt illius cognitio, ſeu Vica-*
,, *rio in ſpiritualibus Generali vel Officiali ejuſdem,*
,, *(qui ſi requiſiti* per Conſules ſeu ſcabinos univer-
,, ſitatis prædictæ, aut aliquis eorum publicè re-
,, quiſitus expreſſè denegaverint, vel ultrà octo
,, dies à die factæ requiſitionis hujuſmodi compu-
,, tandos diſtulerint cognoſcere de *qualitatibus* ſce-
,, lerum & exceſſuum hujuſmodi, ex tunc ad
,, præfatos Conſules & ſcabinos cognitio ipſa devo-
,, luta ſit,) ab ipſis eccleſiis & cimiteriis, ſi ea ſpon-
,, tè exire noluerint (Vicarii aut *Officiales dicti Or-*
,, *dinarii per illum in dicto oppido pro tempore deputa-*
,, *ti ad hoc licentia petita, licet etiam non obtenta)*
,, abſque tamen ſanguinis effuſione & membrorum
,, mutilatione recipere & educere *auctoritate Apo-*
,, *ſtolica tenore præſentium indulgemus.* Declarantes
,, nihilominus propter hoc eccleſias & cimiteria hu-
,, juſmodi nullatenus violari, aut ipſos, Ducem, Sca-
,, bin[illegible] Conſules, univerſitatem aut Officiales, ali-
,, quam excommunicationis ſententiam, aut alias
,, pœnas incurrere ſeu cenſuras. *Extra prædicto*
;, *vero caſus jura communia volumus intacta rema-*
,, *nere,* & contra facientes cenſuras in tales à jure
,, promulgatas incurrere ipſo facto.

,, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-
,, ginam noſtræ nunciationis, conceſſionis, declara-
,, tionis & voluntatis infringere, vel ei auſu teme-
,, rario contraire. Si quis autem hoc attentare
,, præſumpſerit; indignationem Omnipotentis De

„ & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus,ſe „noverit incurſurum.

„Datum Conſtantiæ 3. nonas Januarii Pontifica- „tus noſtri anno primo. Infraſcriptum erat: collatio facta eſt cum præfata originali Bulla. Magis infra erat ſcriptum: extractum ex albo privilegiorum libro hujus civitatis Bruxellenſis, repoſito in domo civica ejuſdem civitatis. Sic regiſtratum fol. 157. verſo, cui hæc copia deprehenditur concordare de verbo ad verbum: per me notarium infraſcriptum ejuſdem civitatis. Hac 25 Febru. 1587. Et erat ſignatum Goethals Secret. Conſtat igitur ex tenore Bullæ hujus, Ducem Brabantiæ etiam illo tempore agnoviſſe Eccleſiam & Vicarium Chriſti, ut ſupremum datorem, interpretem, ac moderatorem immunitatis Eccleſiarum.

Conſtat ex tenore Bullæ, quod prorſus ſimilis, aut potius eadem ſit cum Bulla Gregorii XIV, quam propterea etiam hic inſerimus, ut omnes agnoſcant rationem quare Principes noſtri voluerint, libro Edictorum inſertam Bullam Gregorii XIV, veluti enixæ voluntati petitionique ipſorum prorſus conformem.

Sicuti enim Bulla Martini V; precibus Ducis Brabantiæ obtenta, alio placito non indigebat, quam voluntate & approbatione petentis; ita nec Bulla Gregorii XIV, utpotè eadem cum præcedenti: quæ diſplicere amplius non poterat, poſtquam ſemel placuerat, & quidem petita.

IX. Constitutio Gregorii XIV declarans c
nam ad Ecclesiam confugientes immunitate g
dere non debeant, & quis modus in iis extraher
servandus sit: *Prout illa impressa est 1. part.*
edict. Brabantiæ fol. 32.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum alias nonnulli prædecessores nostri, & p
sertim felic. record. Sixtus Papa V, nec
Pius etiam quintus sancto zelo ducti, diversa
cultates & indulta extrahendi, etiam in cas
quibusdam à jure non permissis, ex ecclesiis
minosos & delinquentes, cumpluribus sæcu
bus principibus, eorumque curiis & magist
bus, sub variis modis & formis concesserint,
ut in illis plenius continetur: experentia p
modum docuit, tum ob diversitatem & d
rentiam hujusmodi indultorum, tum quia
rique eorumdem Principium ministri ex hoc
illa diversimode, etiam latius quam par era
ad suum libitum interpretandi occasionem
puerunt, illisque abuti cœperunt, subortam
non mediocrem in aliquibus locis libertatis &
munitatis ecclesiasticæ perturbationem & co
sionem, alibi verò ne ipsos quidem laicos
dultis hujusmodi uti voluisse, aut potui
quod populis inveterata erga ecclesias rever

d

devotis & assuetis scandali potius quam quietis occasionem præberent. illud etiam absurdum sæpenumero secutum est, ut infimæ interdum conditionis laici, non modo juris, sed etiam litterarum penitus ignari & imperiti, dum quasi potestates aut ministri curiæ sæcularis in aliquo castro, aut oppidulo jurisdictionem exercebant, facultatem & indultorum hujusmodi limites longe excesserint, eaque suo arbitratu in sensus minus rectos & ab intentione concedentis omnino alienos detorserint, & illorum prætextu, quidquid sibi in mentem venit, attentare præsumpserint, in grave jurisdictionis & immunitatis ecclesiasticæ præjudicium, locorum & personarum divino cultui dicatarum contemptum, ipsius divinæ majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare commisso nobis à Domino Pastoralis officii munere, prædictis absurdis & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occasionem dilucidâ declaratione sub movere, abusus tollere, *& ne ecclesiastica jura planè conculcentur & negligantur, opportunè providere decrevimus*, prout etiam dictus Sixtus, prædecessor noster, iisdem de causis motus statuere decreverat, licet morte præventus, hoc adimplere nequiverit: ita tamen, ut quando præsens temporum calamitas, & nimia quæ jam invaluit perversorum hominum malitia, id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coërcenda illorum facino-

ra, ultrâ id quod prisca illa *majorum nostr* *disciplina & vetus sacrorum* canonum norma scripserat, in quibusdam casibus congrua m ratione adhibita, permittamus. Hac itaque strâ perpetuò valitura constitutione, omni quæcumque privilegia indulta, & gratias per prædictum Sixtum, ac Pium quintum, q alios quoscumque nostros prædecessores aut metipsos, Sedemque Apostolicam, ejusve tos, super abducendis, vel extrahendis ab clesiis, Monasteriis, sacellis, domibus, r laribus, & sæcularibus, locisve sacris, au ligiosis, aliasque in casibus à jure permissis minibus certorum tunc expressorum, vel expressorum criminum reis, aut fraudulenti coctoribus, etiam in odium certorum deli rum, & pro bono, pace, & quiete publi & ex causis urgentissimis, ac necessariis æquipollentibus casibus in jure expressis atqu paritate, identitate, aut majoritate, rati extensis, perpetuò vel ad certum nond elapsum tempus, seu ad vitam alicujus Pri pis, aut beneplacitum, seu alias quomodol concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis v bus approbata aut innovata, ac usu recepta, terasque Apostolicas sub plumbo aut in for brevis seu alias quomodocumque desuper c fectas, quarum tenores hic haberi volumus expressis, ac ad verbum insertis, sublata pe tus omni differentia, ita ad unam tantum n mam reducimus & moderamur, ut laicis ad I

cle-

clesias locaque sacra, & religiosa prædicta confugientibus, *si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, earumve cœmiteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint aut assassini, vel hæresis aut læsæ majestatis in personam ipsiusmet principis rei, immunitas ecclesiastica non suffragetur*, sed universis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis, tam sæcularibus quam cujusvis ordinis regularibus, districtè præcipiendo mandamus & præcipimus, ut laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum ecclesias, monasteria, domos, & alia loca supra dicta sacra, seu religiosa, respectivè confugientes, & in eis se recipientes atque morantes, qui prædicta delicta, *eorumve aliquod judicio suo commisisse videbuntur*, quando à curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus Ministris & Officialibus curiæ sæcularis, absque irregularitatis notâ, aut alicujus censuræ ecclesiasticæ incursu, tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet & faciat. Ne autem curiæ sæcularis prædictæ Ministri, facultate illos per se & propriâ auctoritate extrahendi & abducendi, sibi olim, ut præfertur, attributa, & per præsentes revocata abutantur

tur; volumus, dictâque auctoritate decernimus, & declaramus, ut curia sæcularis ejusque Judices & Officiales, ab ecclesiis, monasteriis, locisque sacris prædictis laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullis ex casibus supradictis, *sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis,* vel alicujus interventu personæ ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis (ad quos solos & non alios Episcopis inferiores, etiamsi alias ordinarii sunt, aut nullius diœcesis aut Conservatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat (occurrente autem casu in loco exempto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvatur *hac cognitio*, & non ad alios) capere, extrahere, aut incarcerare non possint, *nisi in eo casu quo ipse Episcopus & dicta persona ecclesiastica* requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere, aut capturæ, carcerationi intervenire & assistere recusaverint, tuncque reverentiæ ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores, prædictos delinquentes, minori quo id fieri poterit cum scandalo, & tumultu extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, postquam ut refertur ab ecclesiis, locisve sacris extracti *& capti fuerint, ad carceres curia ecclesiastica reponi, & inibi sub tuto & firmo carcere, ac opportuna custodia, data illis si opus fuerit, per curiam sacularem, detineri* debeant, nec inde extrahi curiæque sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, *nisi cognito prius per*

Epi-

Episcopum , seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint ; tuncque *demum de mandato Episcopi per judicem ecclesiasticum curiæ sæculari , quacumque appellatione postposita, consignentur.* De crimine vero hæresis cognitio ad forum ecclesiasticum tota pertineat, neque in eâ curia sæcularis se quoquo modo intromittat : sicuti etiam prohibemus, ne contra ecclesiasticas personas seculares , aut cujusvis ordinis vel militiæ etiam S. Joannis Hierosolymitani , regulares, quoquo modo etiam vigore prædictorum privilegiorum , indultorum aut concessorum quæ omnia ad terminos juris per præsentes reducimus, procedant aut se intromittant , illasve ab ecclesiis, monasteriis, domibus, locisve sacris aut religiosis & in casibus in hac constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare , aut cognoscere, de criminibus, ad forum ecclesiasticum pertinentibus, alias quam de jure , & per privilegia eisdem Ordinibus aut Militiæ concessa permittitur , quomodolibet præsumánt. Quod si quis quacumque dignitate, & autoritate præditus, præmissorum aut alio quovis prætextu quidquam præter , aut contrà hujus nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit , declaramus . eum ipso facto, censuras & pœnas easdem incurrere quæ contra libertatis, juris, immunitatis ecclesiasticæ violatores, per sacros canones & consiliorum generalium nostrorumque prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ.

Sicque per quoscumque judices, &c. non obstantibus &c. Data 9. Kalendas Junii 1591.

SI utriusque constitutionis substantialem sensum consideraveris, in utrâque, eumdem invenies: scilicet in unâ, & alia, eadem delicta specificantur, propter quæ delinquentes indigni sint asylo; in utrâque idem modus præscribitur, qui in iis extrahendis requiritur.

Ut scilicet in dubio necessaria sit & prævia judicis Ecclesiastici cognitio; ut judex Ecclesiasticus, à sæculari requisitus, interea reos constituat in loco & carcere tutiori.

Ac tandem ut in notoriis judex Ecclesiasticus agnitus teneatur illos tradere sæculari.

X. Quodque hæc omnia, in hisce partibus diu forent in usu & observantia, docet nos tractatus quem Episcopus Cameracensis habuit cum civitate Antverpiensi. Anno 1514. ult: Maji: cujus verba & tenorem, etiam hic libenter inserimus.

Con-

Concordia inita inter Jacobum Episcopum Cameracensem & Magistratum Antverpiensem Anno 1514.

Visâ & auditâ apud Reverendissimum in Christo Patrem, magnum & potentem Dominum Jacobum Croy, Episcopum & Ducem Cameracensem &c. certâ petitione, postulatione, & requisitione ex parte Consulum, Scabinorum, & Consiliariorum civitatis Antverpiensis, coram ejus Vicario Bruxellis residente, inferius relatâ, per eundem Reverendum Dominum, licet ad cavendum omnia litigia, dissensiones, & lites, quæ imposterum, ratione hujus, oriri possent inter præfatam civitatem, & suum Officialem, & ut servetur, prout hactenus servata fuit, amicitia mutua & concordia, concedantur præfatis Consulibus, Scabinis, & Consiliariis articuli & puncta requisita, modo & tenore, prout hic infra sequitur.

Primò; quoad veniam seu facultatem requisitum, *ad hoc ut ex locis sacris, templis, cœmiteriis, & aliis, quæ in prædicta civitate* & circumcirca, immunitate gaudent, extrahantur rei aliqui & malefactores, qui magna graviaque commiserunt crimina, salvo *quod Landecanum prius plenè informassent de præfatis criminibus ac flagitiis*, atque hoc ut satisfiat populo, qui facilè clamat contra omnes tum Ecclesiasticos tum sæculares justitiæ

administros: & etiam ut quoad similes reos, justitia exerceatur, præfatus Dominus Cameracensis, quantum in se est, consentit, ut præfatorum Antverpiensium postulato hac ratione fiat satis: scilicet, si quando malefactores aliqui ad loca sacra & immunitate gaudentia sese receperint, ibidemque permanserint, qui gravia adeo perpetraverint flagitia, ut juxta jus scriptum immunitate Ecclesiasticâ nec debeant, nec possint gaudere, tunc qui præfatam civitatem pro tempore regunt, *loci Landecanum vel ejus substitutum statim monere poterunt, requirentes eumdem ut cum ipsis ad locum, ad quem prædicti malefactores confugerunt, se conferat, ad quod nominatus Decanus paratum sese offeret, & esse debebit, & ibidem ad eorumdem requisitionem consentiet, ut præfati malefactores ex Asylo educantur & apprehendantur*; atque incarcerentur absque magno strepitu, & hoc in carcere civitatis, *tamquam prædicto Domino* (Officiali) *ad tempus concesso*. Absque eo quod ipsis (malefactoribus) in corpore vel in membris mali aliquid vel faciant, vel fieri permittant, absque eo etiam quod aliquod jus aut forma juris contra ipsos exerceatur, aut exerceri permittatur & hoc sub pœna excommunicationis & cautione ibidem ponenda, *usque ad tempus, quo apud ejus Officialem Bruxellensem, aut alium ab ipso ad hoc auctoritate præditum, cognitum declaratumque fuerit, an præfati malefactores præfata gaudere debeant immunitate, an non;*

&

& hæc omnia sumptibus prædictæ civitatis. Quod si declararetur, quod gaudeant immunitate, *tunc captivi isti ad locum, unde educti fuerint, reducendi erunt, ibidemque relinquendi liberi*: quod si contrarium declararetur, eo non obstante, prædicti captivi ad eumdem asyli locum reducentur, *& ibidem præfatus Decanus permittet ut judex sæcularis istos arripere & abducere possit*; implorans nihilominus gratiam pro ipsis &c.

XI. Eundem usum jamdiu anteriorem, probat hic subjunctum instrumentum confessionis, submissionis, reparationis, ac promissionis per ipsummet Prætorem, & Magistratum Mechliniensem in corpore, coram Episcopo Cameracensi, in ipsa civitate Mechliniensi tam solemniter facta anno 1478.

Promissio Sculteti & Magistratus Mechliniensis de malefactoribus ab azylo non extrahendis, sine Consensu Ordinarii.

IN nomine Domini, Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter & sit notum, quod anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, indictione undecima, mensis vero Novembris die 17. circiter horam decimam de manè, Pontificatus sanctissimi Domini nostri Sixti Papæ IV. an-

anno ſeptimo, in noſtra Notariorum publicorum ad hoc ſpecialiter rogatorum, infraſcriptorumque teſtium præſentia. comparuerunt perſonaliter generoſus ac honorabiles viri Dominus Antonius vander Aa Scultetus, Wilhelmus van Winſele Magiſter communitatis, Reynerus de Heelt, Rumoldus van Baerdeghem, Bartholomæus van den Boſſche, Petrus van Seven, Georgius vanden Dorpe, Joannes van Boeſrode, Godefridus de Vrieſe, Scabini Oppidi Mechlinenſis Cameracenſis Diœceſis, & una cum eis Magiſter Humbertus Willemans, ejuſdem oppidi Penſionarius & Conſiliarius, in conſpectu Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini D. Joannis de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Cameracenſis Epiſcopi in ſua domo, quam habet in dicto oppido Mechliniæ tunc, & unà ſecum Venerabilium Dominorum & Magiſtrorum Pauli de Rota, Theſaurarii Cameracenſis, Petri Bachelers Officialis, Quintini Lonniau Sigilliferi exiſtentium ibique Præfati Scultetus & Scabini tam eorum nomine, quam reliquorum Scabinorum abſentium dicti oppidi Mechliniæ, organo vivæ vocis Prænominati Magiſtri Humberti eorum Penſionarii, expoſuerunt, ſeu idem Magiſter Humbertus nomine prædictorum Sculteti & Scabinorum expoſuit, qualiter aliàs & paulo ante dicti Scultetus & Scabini, ſeu eorum miniſtri. Joannem & Arnoldum Smeekens, alias Viskens fratres *tamquam malefactores & itinerum publicorum aggreſſores, de eccleſia, ac cimiterio de*

Mufene eorum authoritate ſeu auſu proprio, ſine judicio, licentia & conſenſu eccleſiæ ac Rever. in Chriſto patris antedicti loci ordinarii, ſuorumve officiariorum extrahendo, & eoſdem poſtmodum, etiam monitione in prænominatos Sculte-tum & communitatis magiſtrum à curia Cameracenſi in Bruxellà emanata, executa, ad ultimum ſupplicium exequendo & morti dando deliquerunt, & fatebantur & agnoſcebant, precantes humiliter, quod, quatenus in ea parte Deum, Eccleſiam, & Dominum Reverendiſſimum Patrem offenderint, eatenus eiſdem de ſua benignâ gratiâ remitteret, *pollicentes & conſtanter aſſerentes, quod ſimilia amplius non perpetrarent*, ſupplicantes ulterius humillimè, quòd, caſu quo præmiſſa perpetrando aliquam excommunicationis ſententiam à *jure* vel ſtatuto incurriſſent, dignaretur dictus Reverendiſſimus Pater ab *illa* eoſdem abſolvere.

Quorum ſupplicatione ac humilitatione attentâ, ipſe Reverendiſſimus Pater, poſtquam illis eccleſiæ injuriam ac offenſam graviter ac paternè declaravit, eos ab excommunicationis, ſi quam præmiſſis quoquo modo incurriſſent, *ſententia abſolvit, & eiſdem injuriam ac offenſam perpetratas remiſit*, eo tamen mediante, quod in uno dicti commiſſi etiam ſe deliquiſſe agnoſcerent, & veniam ſibi dari poſtularent, ac etiam figuraliter prænominatos Joannem & Arnoldum in locum ſacrum unde ablati fuerunt, reſtituerent, eoſdemque Scultetum & Scabinos

nos ab ulteriori honorabili offensæ reparatione absolvit & quitavit, præsentibus honorabilibus & discretis viris Dominis Petro de Spira Tornacensi, Joanne vanden Berghe, Joanne de Atrio Presbyteris, & Balduino vander .... Camer. Diœcesis testibus, ad præmissa specialiter rogatis.

Ita extractum ex quodam antiquo Registro asservato in Archivis Archiepiscopatus Mechliniensis.

Hisce particularibus successerunt deinde Concordata Patriæ generaliora inter Carolum quintum, & Episcopos Leodiensem & Cameracensem, quibus tunc hæ Provinciæ suberant.

XII. QUæ hoc jus commune & Patriæ fortius confirmarunt, siquidem imprimis per Hannoniæ concordata anni 1541, quæ habentur in libro primo parte prima edictorum Brabant. fol. 10, inter Carolum V. tamquam Hanoniæ Principem ac Magistratus sæculares, ab unâ & Episcopum Cameracensem celebrata Decretum est. §. 11. *item le grand Bailly de Haynau, Officiers*, &c.

Quod scilicet, ubi disputandum veniret, an confugiens ad Ecclesiam gaudere debeat immunitate, aut, ut ipsissimet concordati terminis dicamus, *qu'en cas de* [redacted]; *la cognoissance, & declaration apartiendra à l'Official de Cambray; que de tout temps a appartenu.*

Sa-

Sanè quid clarius in rem noſtram? quid apertius? En iterum concordata inter eumdem Carolum V. Cæſarem ex una, & Epiſcopum Leodienſem ex alterâ parte, ſuper juriſdictione, celebrata eodem anno, *lib. eod. fol. 22. ad tit. IX. Ubi laici in criminalibus ſunt conveniendi num.* 10. Conventum eſt in terminis; quod vero *ad violationem immunitatis eccleſiæ, cognoſcet Judex eccleſiaſticus, ſi violatio immunitatis, ſeu extractio, fiat per privatos: vel per communitatem, in caſu à jure non permiſſo, & hoc quoad crimen violationis immunitatis, dumtaxat; non autem quoad injuriam factam perſonæ extractæ, vel quoad vim publicam, vel privatam in hoc commiſſam de quibus caſibus ſolus Judex ſæcularis cognoſcet, niſi perſona extracta fuerit eccleſiaſtica, quo caſu uterque poterit cognoſcere, quod ſi facta fuerit extractio per Officiarium judicis ſæcularis, de ejus mandato, poterunt extractus, & eccleſia de hoc conqueri ſuperiori ipſius mandantis, & petere ſibi fieri juſtitiam.*

Quæ verba ſi rectè expendantur, nihil poteſt eſſe certius, quin iis ſignificetur immunitatem Eccleſiaſticam eſſe juris Eccleſiaſtici.

Si enim conventum ſit, ut quo ad violationem immunitatis Eccleſiaſticæ cognoſcat judex Eccleſiaſticus, idque poſt cauſam læſam, quidni cognoſcet judex Eccleſiaſticus de immunitate antequam læſa ſit? Plus enim eſt ablata revindicare, quam poſſeſſa tueri.

Deinde ſi concordata ſignificent, violationem immunitatis Eccleſiaſticæ ſpectare ad cognitionem judicis Eccleſiaſtici. Quomodo ergo

ecclesiastica non erit cognitio de ipsamet immunitate?

Quænam enim ratio effingi poterit, quare crimen violationis immunitatis Ecclesiasticæ, per concordata illa, declaretur esse crimen ecclesiasticũ, nisi ipsa ecclesiastica immunitas res sit ecclesiastica?

Si enim crimen illud violationis immunitatis, Ecclesiasticum sit propter ipsam immunitatem, quanto magis fatendum erit rem Ecclesiasticam esse ipsam ecclesiarum immunitatem? juxta tritum illud, propter quod unumquodque est tale, ipsum est magis tale.

Imò tanto magis Ecclesiastica est immunitas quàm ejusdem violatio, quanto ipsa est Ecclesiæ naturalior & convenientior.

Peccatum enim, ut rectè Augustinus, non natura est, sed naturæ vitium.

Pergamus ad ulteriora concordati verba: violationis *per privatos*, *aut communitatem* commissæ crimen, ejusque cognitio, declarantur esse fori Ecclesiastici.

Id quidem nullatenus, propter privatos illos aut communitatem, violatores, ac delinquentes qui laici sunt: ergo propter locum ipsum sacrum qui violatur: nec quidquam obesse poterit si dicatur, ipsam injuriam factam personæ extractæ juxta concordata, crimen ecclesiasticum non esse. Id ipsum rectè eo usque: quia persona quæ extrahitur ecclesiastica non est: est enim alia injuria, quæ fit personæ extractæ laicæ, alia quæ per eandem extractionem personæ, f ipsi venerabili Ecclesiæ. Cu

Cui autem libuerit extra belgium exspaciari, similem in omni gente Catholicâ, inveniet ecclesiasticæ jurisdictionis in concedendo usum, simulque tam ea in petẽdâ ab Episcopis seu superioribus ecclesiasticis extrahendi licentia. Et quidem ut de moribus, auctoribusque italis dicamus, Borguinus Cavalcanus idipsum testatur *lib.* 5. *de delict. seu quasi contr. decis.* 51. *n.* 16. *& seq.* refertque ita judicatum fuisse Mediolani, in Decembri 1582. & iterum *Papiæ* 1585. proinde miratur id denuo controverti & in dubium revocari anno 1592. *Et per Italiam.*

Huic addere placet Bossium, judicem & senatorem Mediolanensem *tit. de captura n.* 24. *& seq.* Scias, inquit, quod casibus in quibus nocens potest extrahi ab ecclesiâ, requiritur ut Episcopus illum extrahat, & curiæ sæculari tradat. Ubi eam in rem quoque citat alios Italos, scilicet Aretinum, Alexandrum, Marianum Socinum. Mox subdit : Si graviora fuerint crimina, non tamen, inquit, judex ex auctoritate suâ illum debet extrahere ab ecclesiâ, licet velit tantum pœnâ pecuniariâ punire: sed auctoritate ecclesiæ, ut vides, scilicet experientiâ quotidianâ. *Mediolani.*

Quos

Quos ipsos Autores ac juris peritos Mediolanenses visum fuit aliis præponere, ut tanto magis confundatur Julius Clarus, de quo mox infra.

Augustinus Barbosa ipse quidem Lusitanus, inter quos & scripsit, *in tract. jur. eccles. universi, lib 2. cap. 3. n. 154. & seqq.* probat ex jure antiquo & novissimo hujusmodi cognitionem esse fori ecclesiastici, eadem habet Peregrinus *tract. de immunit. cap. 13. n. 18.*

Similiter Cardinalis Tuschus *tom. 3. verb. ecclesia tuetur, &c. concl. 10. n. 2. & 14.*

Eadem tradit Farinac. *tract. de immunit. eccles. cap. 22. n. 367. & 368.* ubi arguit Vulpellum audacter nimis, ut ille ait, attestantem de contrariâ consuetudine, *quod & faciunt forsan*, inquit, *alii nonnulli Doctores ecclesiasticæ jurisdictionis & libertatis parum amici.*

In regno Neapolitano. De Regno Neapolitano eadem testatur Marcus Antonius Genuensis *in praxi Neapolitan. à cap. 18. n. 5.* Riccius in praxi Neap. *Resol.* 450. per totam. *Sicilia.* In Siciliæ regno ita practicari ut non avellantur ab asylo nisi prævia cognitione, pronuntiatione & licentiâ Episcopi, testatur Gambacurt. *tract.*

tract. de imminut. lib. 4. *cap.*22. *n.*26.

Ulterius pergit Marius Giurba *in consiliis criminal. dum conf.* 10. *n.* 18. *conf.* 30. 40. 50. *& aliis locis*, scribit Proregem Siciliæ & Senatum, sine ulli controversia, hujusmodi cognitionem relinquere judici ecclesiastico, & reos aliquando abstractos è carceribus sæcularibus remittere ad carceres ecclesiasticos, ut is de immunitate cognoscat & pronunciet idque servatum fuisse annis 1609. 1617. 1618. bis, 1619. & alias semper, occurrente casu.

Marius quoque Panormitanus *in tract. suo de immun. eccles.* prædicta confirmat *libro* 1. *cap.* 6. §. 2. n. 100. *Panormi.*

Ex Italia subalpina Sabaudia evocare quoque visum Anastasium Germonium Archiepiscopum Tarantasiensem *de immunit. eccles. lib.* 3. *c.* 16. qui apud se in praxi quotidiè id observari ait, ut ipse cognoscat an confugiens dignus sit beneficio immunitatis, uti refert Farus. *Dicto tract. de immunit. eccles. cap.* 22. *n.* 366. *alibi* 367. *In Sabaudia.*

Neque fuerit fas præterire Antonium Fabrum in supremo Sabaudiæ Senatu Præsidem, qui in suo codice

lib. 1. tit. 4. definit unicâ :

,, Inmunitatis, inquit, ecclesiasti-
,, cæ quanta sit habenda ratio sciunt
,, omnes, nisi forte si qui sint tam
,, parum Christiani, ut ignorent quan-
,, ta sacrosanctis ecclesiis ab omni-
,, bus, qui tanti nominis professione
,, gloriantur, pietas & veneratio de-
,, beatur. Et infra : plane observan-
,, dum districte, est, ne ab ecclesiis
,, extrahant inconsulto Episcopo : ut
,, appareat non violandæ pietatis ani-
,, mo, sed mero justitiæ zelo rem agi.
,, quamquam si graviora sint crimina
,, quorum impunitas per immunitatem
,, quæritur, vulgo creditum est (non
,, dicit in jure, aut consuetudi-
,, ne justa fundatum) ut nullus
,, Episcopi consensus ad permitten-
,, dam apprehensionem requiratur :
,, tutius tamen fuerit & religiosius,
,, omni casu requiri, ne in eam ex-
,, communicationem, quæ contra im-
,, munitatum ecclesiasticarum teme-
,, ratores sacrosanctis canonibus in-
,, dicta est ipso facto incurratur. Est
,, enim excommunicatio tum quoque
,, cum injusta est bono & Christiano
,, viro semper metuenda. *Ità Senatus*
,, 19. *Feb* 1605. *&c.* hactenus Anto-
,, nius faber.

Ex Italia ac Sicilia in ipſas Hiſpanias transfretabimus, quæ abundantiſſimos ejuſdem eccleſiaſticæ juriſdictionis, ac conſuetudinis de immunitate cognoſcendi ſuppeditabit teſtes.

Quos inter, primus ſeſe offert Alphonſus de Azevedo *ad conſtit. reg. Hiſpan. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. de la liberdad de las yglesias, ad legem tertiam n. 20. qui apertè teſtatur, quotidiè in Hiſpania practicari quod Judex eccleſiaſticus pronuntiet an delinquens gaudere debeat immunitate? *Per Hiſpanias.*

„Nam cum ſæcularis, inquit, „delinquentem extrahit, aut conatur „extrahere ab eccleſia; delinquens ipſe & Fiſcalis eccleſiaſticus ſtatim recurrunt ad judicem eccleſiaſticum „qui judicem ſæcularem monet, & „jubet ſub cenſuris (hic in belgio, „juxta edicta regia, ſolis requiſitorialibus utimur) ut delinquentem „eccleſiæ illicò reſtituat, vel compareat ad allegandum de jure ſuo, „&c, & ita ſemper &c. eccleſiaſticus „cognoſcit, & pronuntiat ſuper immunitate.

„Quia, inquit, cum de re eccleſiaſtica agitur, ſemper cognoſcit „eccleſiaſticus, vocato judice ſæcu-

„lari : & cum pronuntiat in favorem delin-
„quentis, tenetur judex laicus eum remitte-
„re & ex hoc non dicetur jurisdictio regia
„non desensa, Rex enim non vult immunita-
„tem ecclesiasticam violari. Hactenus Azevedo.

Qui etiam ait hanc esse communem opinionem secundum Jasonem *in L. ex quacumque n. 19. ff. si quis jus dicenti, &c.*

Idem quod Azevedo, probat Bovadilla olim Fiscalis regius in cancellaria Vallisoletana, *in sua politica tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 40. porque*, inquit, *la causa de la immunidad es question de derecho espiritual, y no de hecho.* Idem censent Antonius Gomesius *variar. resol. tom. 3. cap. 4. n. 2. unum tantum est.*

Joannes Gutieres *pract. quæst. lib. 3. quæst. 1. n. 5.* ait, ita quotidie observari in praxi, & esse communem opinionem.

Eodem quoque *lib. 3. quæst. 4. n. 10. 11. & 18.* refert casum quo judex laicus Civitatensis, non obstante requisitione judicis ecclesiastici, processit ad sententiam & ultimi supplicii executionem adversus delinquentem ab ecclesia violenter abstractum; quodque idem judex postea citatus coram judice ecclesiastico ob violationem immunitatis ecclesiasticæ & causa ob appellationem citati per viam violentiæ, devoluta ad Cancellariam Prutianam, tandem decreto Regio remissa fuerit ad Officialem Civitatensem, & consequenter judex laicus ab eo punitus.

Petrus Belluga in speculo Principum *rub. 11.*

§.

§. *& quin. n.* 27. vult, omni casu, opus esse licentia Episcopi antequam delinquens abstrahatur ab Ecclesia. Præmissæ Hispanorum cohorti adjungimus, quem unicum tamen pro se adducunt adversarii, Didacum inquam Covarruviam.

Hic enim *variar. Resolutionum tom.* 2. *cap.* 20. *de templorum asylo*, *num.* 18, *in fine* sic ait „cæterum; ut hoc non omittamus, adnotandum est in Franciæ, & Gallorum Regno, delinquentes statim ab ecclesiis abduci, vinctosque, à laicis judicibus observari: ac demum „tractatur, sitne is qui abductus fuit, dignus juxta „Canonicas sanctiones ecclesiarum immunitate: „quod si eâ dignus judicetur, remittitur & restituitur Ecclesiæ, alioqui Punitur à judice sæculari, quemadmodū asseverat Rebuffus in proëmio „const. Regiarum gl. 5. n. 40.

Ecce *ad notandum esse* inquit *in Franciæ & Gallorum regno, ita observari*; si hoc adnotandum dixerit, insinuavit praxim illam specialem esse Regno Galliæ, tacitè insinuans aliam esse Hispaniæ consuetudinem; quid enim mores illi in Gallia specialiter adnotandi sunt, si etiam ipsa Hispania iis tum fuisset infecta?

Quod enim ipse hanc Gallorum praxim (ut ipse etiam Rebuffus fecit) reprobaverit: quidque de praxi Hispanicâ, & jure cognoscendi, *an debeatur reis immunitas, nec ne?* ipse Covaruvias senserit, ex principiis, ac regulis per eum assertis tam clarè elucet, ut desiderari nihil certius possit.

 Quam

Quam in rem excutienda sunt, quæ idem prolixe tradit practicarum quæstionum n.33.

Ubi num.1. generalem hanc præmittit Regulam quod ubi contingit quæstio inter judicem sæcularem & Ecclesiasticum; judex Ecclesiasticus, propter majorem authoritatem, cognoscet an sua sit jurisdictio *atque ita* inquit, *apud Hispanos hæc sententia, omnino fertur* & pergit.

„Quidni ergo cognoscet. Ecclesiasticus, ubi „disputatur, an reus aliquis spectet ad protectio„nem Ecclesiæ, aut non spectet.

Ex quo principio idem Covarruvias probat Hispanorum mores, apud quos judex Ecclesiasticus, cognoscit de clericatu, de Tonsurâ, & vestibus.

Atque ideo, inquit, *judex Ecclesiasticus tractabit an captus per sæcularem judicem, vel apud eum accusatus, sit clericus, & Ecclesiasticæ jurisdictionis?*

Idem docet observari, si queratur an reus gestaverit Tonsuram clericalem, aut usus fuerit veste clericali, conformiter *cap. si judex laicus, de sentent. excom. in 6.*

XIV. Quos Hispanorum mores defendens „quoc „inquit, non tantum jure Pontificio verum est „sed æquissimâ ratione constat, modo judice „ecclesiastici non temerè sed juxta juris canc „nici decreta, Romanorum Pontificum sanctic „nes, & ipsius reipub. utilitatem, negotiu „hoc absque ullo animi peculiari affectu, tr „ctare & expedire conentur, zelo quidem justi

„ti

„ tiæ nen ambitione defendendæ jurisdictionis,& „ liberandi sceleratissimos homines, reipub. pe- „ stem & perniciem; à justissima judicum secu- „ larium punitione.

Ubi etiam acriter confutat Guidonem Papæ *quæst.* 138. & Joannem Galli *quæst.* 38. volentes defendere contrarium Gallorum usum,quasi Pontificia constitutio tantum intelligenda forêt, ubi de clericatu ageretur an quis esset clericus nec ne, ut pertineat cognitio ad ecclesiasticum, & non ad sæcularem.

Quos eosdem Gallos dicit sustinere, quod posset sæcularis de causa ista cognoscere,ubi esset quæstio de vestibus Clericalibus, an his fuerit usus qui apud sæcularem accusatur, ac detinetur in carceribus.

Sed inquit Covarruvias ipse non dubito hanc „ opinionem Guidonis & Joannis Galli falsam „ esse, & omnino contrariam communi omnium „ sententiæ, ac denique Pontificiæ responsioni, „ quæ in hoc tendit, ut cognitionem Clericatus, „ & ejus quæstionis, utrum captus à judice sæ- „ culari gaudere debeat privilegio fori, deferat „ judici ecclesiastico,non sæculari.

Quæ autem differentia est, sive cognoscat ecclesiasticus an gaudere debeat captivus privilegio fori,an loci sacri? Præsertim cum ipse locus faciat forum.Et quid plus aut minus facti in uno quam in altero, & non plus sanctitatis aut sacri in loco sacro, quam in foro sacro, sive ecclesiastico?

Consideremus autem rationem decidendi Covarruviæ in suo casu, ubi quæritur an vestes illæ quas captivus gestavit, fuerint clericales, an laicales: *id etenim* inquit, *vel ex eo probatur quod summi Pontifices, & eorum constitutiones formam præscripserint, quâ in Tonsurâ & vestibus uti debent, & tenentur Clerici, ut constat: & ideo judices ecclesiastici jus habent, non sæculares ad cognoscendum an Clerici juxta Canonicas sanctiones, fori privilegium amiserint, ex quo Tonsuram, vel vestes Clericales dimiserint, cum hoc totum juris sit Pontificii, non Cæsarei, quam ob rem non potest jure defendi Forensis Galliæ usus ita etiam intellectus ut Guido, & Joannes Gallus intellexere.* Hactenus Covarruvias.

Rogabimus itaque, quinam nisi summi Pontifices, & eorum constitutiones formam præscripserint ac præscribere etiam potuerint, quoad Ecclesiæ immunitatem, an, & quando quis gaudere eâ possit aut nequeat? Nunquid etiam totum hoc negotium juris sit Pontificii. Cui hæc ratio poterit superaddi: jus asyli introductum esse principaliter intuitu reverentiæ quæ debetur Ecclesiæ, quæ est domus Dei. Domum autem Dei ordinare quæque sanctitati ejus ac reverentiæ adversantur præcavere, ad quem spectat pôtius, quam ad Episcopos, quos posuit Deus regere Ecclesiam suâm?

Quidnam ergo responsurum dicemus Covarruviam, nisi cognitionem hanc immunitatis ecclesiasticæ esse ecclesiasticam, sive judicis ecclesiastici?

ſtici? idque conformiter etiam Hiſpanorũ ſuorum, uti ſupradixit, moribus, in cujus tamẽ unius auctoritate totũ ſe fundant major adverſariorum turba:

XV. Si ex Hiſpania in Gallias iter facimus, rariores ibidem inveniemus, hujus veritatis teſtes antiquos: ſiquidem propter graviſſima illius Regni cum Romana Eccleſia, ac ſummo Pontifice Chriſti in terris Vicario ſchiſmata, auctoritas atque Eccleſiaſtica juriidictio priſcis temporibus ibidem fuit plurimum labefactata, attritaque: ſiquidem tumultuoſa tempora, ſuſcitarunt pejores auctores:

Dum peſſimus quiſque (quorum turbulentis auctoribus ejuſmodi temporibus, inter ſeditioſos maxima eſt auctoritas) in hoc totus eſt, ut ea machinetur, quæ adverſariis ſuis maximè novit aut diſplicitura, aut nocitura.

Hinc factum eſt, ut exurgerent temporibus iſtis Petri Cugnerii, Joannes Galli, Molinæi, à quibus non Romanæ tantum Curiæ, ac ſummo Pontifici detraheretur, ſed & ipſis ſingulorum locorum Epiſcopis, Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ac protectione deſtitutis: quod paulatim ſpecioſo aliquo conſuetudinis, uſus, ac poſſeſſionis nomine pallietur: hinc bullarum, apud auctores illos, Apoſtolicarum exploſio, hinc excommunicationum, aliarumque, quæ Deo auctore, ipſa cum Eccleſia natæ ſunt cenſurarum ex mero ſæcularium Principum libitu, abrogatio, atque pœnarum inhibitio, hinc earundem fulminatarum ac promulgatarum coacta revocatio atque caſſatio, hinc

hinc à prætenso judicum Ecclesiasticorum abusu appellatio, hinc Ecclesiasticæ jurisdictionis ac immunitatis profana depressio.

Quapropter egregius ille Jurisconsultus, ac practicus istius temporis Petrus Jacobi, Aurelianensis *in sua practica* Rubr. 63. de causis ex quibus Vasall. num. 89: lamentatur D.D. juris Canonici, inquit, & civilis, & Magistri in Theologia, super prædictis debiliter loquuntur, & in scholis & alibi conniventibus oculis transeunt, & Consiliarii Regii ea palliant, timentes displicere Regi si dicant veritatem.

Imo & ipse Rebuffus ad constit. Regias tom. 3. ut laici non conveniantur, art. 4. agens de jurisdictione & immunitate Ecclesiastica, etiam suis diebus oppressa, remittit Lectorem ad Tractatum Joannis Lupi, de libertate Ecclesiasticâ optimè differentis, *Nec plura*, ut inquit, *quia infelicitas temporis veritatem odit.*

Et Joannes Faber etiam Gallus *ad §. vero reus* col. 3. instit. de actionibus, de Ecclesiæ jurisdictione agens, *cum sim de Regno*, ait, *leges Regni non impugno.*

Stephanus quoque Aufrer. ejusdem Regni Consiliarius, sese excusans, *in styli parlam. addition col. 3, tit. quorum cognitio specialiter pertinet ad Regem.* agnoscit opinionem in materia immunitatis Ecclesiasticæ de quâ loquitur *esse duram sed cum sim de Regno*, ait, *& de corpore curiæ, nol. Regni consuetudinem impugnare*: ut difficile fuerit ab iis liberum testimonium exspectare, & me-

nto rogari potuerit illo tempore, quod de Gallia Natanaël, an potest à Galliâ aliquid boni expectari? tam illa audiebat sacrorum Canonum contemptrix.

Occurrit nihilominus pro Ecclesiasticæ jurisdictionis asserenda praxi Franciscus Marcus Senator Parlamenti Delphinatus, sive Gratianopolitani, qui *in decision. part.2. quæst.267.* refert suo tempore scilicet anno 1501, die 6. Julii fuisse judicatum: *quod scilicet extractus ab ecclesiâ, ante Episcopi declarationem, restitueretur in carceribus Episcopalibus.* Imo Rebuffus ad Const. Reg. gl.2. num.4. contrarium usum reprobando, sic loquitur, *ex consuetudine quidem, nunc aliter observamus, quamvis possumus dicere, ne sutor ultra crepidam, & falcem in messem alienam, non debet quis ponere.*

Unde idem Rebuffus, utcumque Gallus *ad d. const. Reg. tract.6. immunit. eccles. gl.* 1. *n.* 10. acrimum invehitur in eos, qui sacros canones de immunitate Ecclesiastica statuentes impugnant, eis maledictionem, ac ignem æternum denuntians, & suam promens, super hac re sententiam *d. loco* gloss. 1. n. 34. versu septimo, *vero*, inquit, *quis judex possit hac de immunitate cognoscere?* Respondet: *judex Ecclesiasticus ad effectum defendendi immunitatem, vel puniendi*, sed & Boërius similiter Gallus *decis.* ... 1. *quæst.* 109. *n.* 1. expressè agnoscit, quod extractio ab ecclesia, licet fieri debeat, per Episco-

hinc à prætenso judicum Ecclesiasticorum abusu appellatio, hinc Ecclesiasticæ jurisdictionis ac immunitatis profana depressio.

Quapropter egregius ille Jurisconsultus, ac practicus istius temporis Petrus Jacobi, Aurelianensis *in sua practica* Rubr. 63. de causis ex quibus Vasall. num. 89: lamentatur D.D. juris Canonici, inquit, & civilis, & Magistri in Theologia, super prædictis debiliter loquuntur, & in scholis & alibi conniventibus oculis transeunt, & Consiliarii Regii ea palliant, timentes displicere Regi si dicant veritatem.

Imo & ipse Rebuffus ad constit. Regias tom. 3. ut laici non conveniantur, art. 4. agens de jurisdictione & immunitate Ecclesiastica, etiam suis diebus oppressa, remittit Lectorem ad Tractatum Joannis Lupi, de libertate Ecclesiasticâ optimè differentis, *Nec plura*, ut inquit, *quia infelicitas temporis veritatem odit.*

Et Joannes Faber etiam Gallus *ad §. vero reus* col. 3. instit. de actionibus, de Ecclesiæ jurisdictione agens, *cum sim de Regno*, ait, *leges Regni non impugno.*

Stephanus quoque Aufrer. ejusdem Regni Consiliarius, sese excusans, *in styli parlam. addition. col. 3, tit. quorum cognitio specialiter pertinet ad Regem*, agnoscit opinionem in materia immunitatis Ecclesiasticæ de quâ loquitur *esse duram*: *sed cum sim de Regno*, ait, *& de corpore curiæ, nolo Regni consuetudinem impugnare*: ut difficile fuerit ab iis liberum testimonium exspectare, & merito

rito rogari potuerit illo tempore, quod de Gallilæâ Natanaël, an poteſt à Galliâ aliquid boni exſpectari? tam illa audiebat ſacrorum Canonum contemptrix.

Occurrit nihilominus pro Eccleſiaſticæ juriſdictionis aſſerenda praxi Franciſcus Marcus Senator Parlamenti Delphinatus, ſive Gratianopolitani, qui *in deciſion. part.2. quæſt.267.* refert ſuo tempore ſcilicet anno 1501, die 6. Julii fuiſſe judicatum: *quod ſcilicet extractus ab eccleſiâ, ante Epiſcopi declarationem, reſtitueretur in carceribus Epiſcopalibus.* Imo Rebuffus ad Conſt. Reg. gl. 2. num. 4. contrarium uſum reprobando, ſic loquitur, *ex conſuetudine quidem, nunc aliter obſervamus, quamvis poſſumus dicere, ne ſutor ultra crepidam, & falcem in meſſem alienam, non debet quis ponere.*

Unde idem Rebuffus, utcumque Gallus *ad d. conſt. Reg. tract. 6. immunit. eccleſ. gl.* 1. *n.* 10. plurimum invehitur in eos, qui ſacros canones de immunitate Eccleſiaſtica ſtatuentes impugnant, eis maledictionem, ac ignem æternum denuntians, & ſuam promens, ſuper hac re ſententiam *d. loco* gloſſ. 1. n. 34. verſu ſeptimo, *Quæro*, inquit, *quis judex poſſit hac de immunitate cognoſcere?* Reſpondet: *judex Eccleſiaſticus, ad effectum defendendi immunitatem, vel remittendi,* ſed & Boërius ſimiliter Gallus *deciſ. part.* 1. *quæſt.* 109. *n.* 1. expreſsè agnoſcit, quod extractio ab eccleſia, licet fieri debeat, per Epiſco-

ſcopum, aut ejus Officiales, *tamen*, inquit, *hoc non ſervatur de facto.*

Ecce ipſimet antiquiores Galli, Regum ſuorum, & Regni ſui leges, & conſuetudines contra immunitatem, juriſdictionemque Eccleſiaſticam, aut apertè damnarunt, aut damnandas eſſe, ſatis ſuperque inſinuarit, dum eas à ſe non impugnari aſſerunt, quia de regno ſunt, aut *de corpore curiæ*.

Quid hoc eſt aliud quam profiteri, ſeſe leges illas ac conſuetudines impugnaturos, ſi de regno non fuiſſent?

Imo tandem aliquando contra Philippi Valeſii anni 1329, & Franciſci leges anni 1572 ingemiſcens omnis Clerus Gallicanus aſſurrexit, & primum Franciſco diu ſupplex, tandem reſumpto primitivæ Eccleſiæ ardore preces in minas commutavit, nam convocato Concilio Rothomagenſi anno 1581 animoſius ſtetit, ad defenſionem oppreſſæ immunitatis, ac Epiſcopalis juriſdictionis, ea animi magnitudine, quam in primitivis Conciliis demiramur, Aſſumptis Eccleſiæ armis contra earum violatores: dum ſtatuit: *Cum & Canonicis, & Regiis conſtitutionibus, Eccleſiaſtica juriſdictio ſemper fuerit ſejuncta à ſeculari ... monemus in* Domino *judices ſeculares, ut pareant Canonibus, nec falcem mittant, in meſſem alienam, quod ſi moniti, non paruerint, excommunicationis vinculò, ſe noverint ſubjacere.*

Meruit tandem zelus & conſtantia illa Galliæ Epiſcoporum, apud eum, in cujus manu ſunt cor-

corda Principum, per quem Reges regnant: ut justiora decernerent.

Meruit constantia illa Cleri Gallici, ut edicta obtinerent prorsus contraria.

Siquidem Edicto Regis Galliæ *anno* 1610. *art.* 4. dictum *est volumus, mandamus, ut quando Officiales nostri, volent cognoscere directè, aut indirectè de causis spiritualibus, aut disciplina Ecclesiastica, ut sacerdotalis jurisdictio conservetur illæsa, ut quisque se contineat intra limites jurisdictionis nec alter facem mittat in messem alienam:* iisdem vêrbis & sensu ut Concil. Rothomagense: id ipsum voluerat.

Imo anno 1657 ad Cleri Gallicani interpellationem edita est viventis Regis declaratio gloriosa & tanto principe digna: *inhibemus inquit, curiis nostris & Parlamentis, & quibuscumque aliis judicibus, ne cognoscant directè aut indirectè de illis causis Ecclesiasticis quocumque prætextu.* Ut habetur in *lib. des Memoires du clergè en* 1675. *tom.* 2. *pag.* 64. *& tom.* 1. *pag.* 775. quod itaque jus Ecclesiasticum, jurisdictio Episcopalis immunitas asyli, ejusque Cognitio, etiam modo, minus Canonicè tractetur in quibusdam Galliæ provinciis, non ita supremæ principalique potestati, regiisque legibus imputandum est, quam pravis consuetudinibus, ex scriptis Cunerii, Joannis Galli, Molineique natis, quas Officialibus, aliisque auctorum illorum lectoribus, difficilius excmeris, quam clavam Herculi excusseris.

Verum quidquid Gallico usu, aut abusu obti-

tinuerit obtineatque, jam abundè convicimus; tam jure civili & Pontificio antiquo quam novo, tam ratione, quam authoritate doctorum pæne totius Christiani orbis quod in casu dubio Cognitio de immunitate ecclesiæ, ac coërcitio in ejus violatores competat Episcopis.

XVI. Equidem quid adeo certum sacrum est quod non inveniat prophanos contradictores? cui non insurgant adulationis, aliorumque passionum objectiones toties extorquentes patientis Ecclesiæ vocem: *quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.* Succurrendum est, & ne seducatur religiosæ immunitatis amator, fallaciis veritate renitendum.

Atque imprimis in fronte aciei opponunt adversarii, multitudinem, authoritatemque famosissimorum scriptorum, & ne solos Gallos adducant, capitaneum cohortis constituunt constantem Hispanum, doctum, judiciosum illum, & sine passionibus scriptorem Covarruviam qui etiam nobis in veneratione est. objicitur itaque primo, affingiturque Covarruviæ quod ille *variar. resol. lib. 2. cap. 20. n. 18.* dicat, *ita moribus & praxi Christiani orbis receptum esse.*

Operæ igitur pretium fuerit videre quid dicat Covarruvias, verba Covarruviæ, loco citato sunt ista: *infertur ex prænotatis judicem laicum jure posse abducere criminosum ab ecclesia, etiam absque scientia Episcopi, quoties juxta canonicas sanctiones, delinquens ab ecclesia extrahi potest: nec immunitas ecclesiarum ex eo violatur: si a vi-*

dem

dem cum ecclesia tunc ad eam fugientes minimè tuetur, nec tutari velit: nulla sit ei injuria si propria auctoritate index etiam sæcularis, eos per vim abduxerit, quod moribus & praxi Christiani orbis satis receptum est, ut asserit Guido Papa quæst. 121. *& notat Guliel. Bened. in c. Reymicius in verb. uxorem n.* 444. *de testam. quamvis Cynus & Salicetus, & Belluga teneant in hac specie exigendam esse licentiam à judice ecclesiastico, vel Prælatis.* Hactenus Covarruvias.

Ex quibus verbis ad oculum patet omnino à veritate alienum esse, illud testari Covarruviam quod ad judicem sæcularem spectet cognoscere an reus gaudere debeat immunitate, nec ne?

Quo cum casu nihil prorsus habet commune casus ille de quo agit Covarruvias, qui tantum asserit, eo casu quo notorium est *juxta canonicas sanctiones* delinquentem ab ecclesia extrahi posse, extraxionem à judice laico fieri posse.

Quid autem hoc ad rumbum? quid hoc ad competentiam judicis ad cognoscendum an delinquens gaudere debeat immunitate, nec ne, dum incertum est dumque disputandùm venit de criminis qualitate sitne exceptum, nec ne?

Apud Covarruviam agitur de extrahendo delinquente: hic de cognoscendo de crimine.

Covarruvias agit de casu secundum sacros canones notorio ac resoluto, quo certum est gaudere reum immunitate non posse: hic de disputabili, ac incerto. Unde factum est quod Uffelius *in notis ad d. Covarruviæ locum, n.* 18. *vers. cæte-*

cæterùm de casu nostro tamquam à Covarruvia intacto, ac prætermisso agens, *sed quæritur* inquit, *ad quem hujus causæ cognitio spectet judicemne ecclesiasticum, an vero ad sæcularem? & eam soli ecclesiastico concedit*, inquit *Cavalc. in judice decision. vers. judex ecclesiasticus & non sæcularis num. 9.*

Et hoc necessario, juxta mentem Covarruviæ nam cum asserat extraxionem faciendam esse *juxta canonicas sanctiones*, non vero secundùm leges civiles aut sæculares: quis de sacrorum canonum seu sanctionum intellectu, ac executione cognoscet quam ipse Episcopus seu judex ecclesiasticus?

Quam ipsam differentiam non minus benè observavit Zypius *in suo jure pontif. novo lib.3. tit. de immunit. eccls. n.7.* de jure inquit, ea cognitio ad ecclesiasticum judicem spectat, cum quæritur an quis immunitate ecclesiæ gaudere debeat, nec ne; seponendo aliam quæstionem an sine licentia Episcopi extrahi possit quem non gaudere debere constat, in qua quidem diversus passim usus est de facto, etsi de jure extrahi sine licentia non possit, ut habet Boerius &c.

Hic ergo manifestus est error in attribuendo Covarruviæ, de quo nihil apud eum invenitur, quin potius contrarium.

Veniamus ad alterum. Dicunt adversarii seu illi potius, quorum scriptum & auctoritatem pro se adducit, *dicere Covarruviam, moribus & praxi Christiani orbis receptum esse &c.*

Nec

Nec tamen id ipſum verum eſt, utcumque ad rem noſtram, ut modo probavimus, omnino impertinens. Covarruvias enim ibi ſimpliciter narrat id aſſerere Guidonem Papæ, in verb. *ut aſſerit Guido Papa.*

At quam illa à ſe longè diſtant à Covarruviâ id aſſeri, & illud aſſeri à Guidone Papa homine Gallo-Franco? Sed nec hoc verum eſt (non dicimus quod hic diſputatur de cognitione immunitatis:) ſed nec hoc ipſum quidem de quo Covarruvias agit, apud Guidonem Papæ eſſe teſtatum, *de illa orbis Chriſtiani praxi*, ac moribus: ut & ipſum de temeritate convincamus Covarruviam ſi is ita ſcripſerit. Unde apparet quam quiſque cautus ac diligens debeat eſſe in auctoribus evolvendis, nec temerè iis adhibendam fidem, ſed omnia diligentiſſimè inveſtiganda Jobi exemplo cujus illa vox *cap.* 29. *cauſam quam neſciebam diligentiſſime inveſtigabam.* Atque ex monito regis Joſaphat 2. *Paralip. cap.* 19, quod judicibus dedit, *cum diligentia cuncta facite*, & judicantem oportet cuncta rimari *l.* 1. *C.Theod.de judic.&c.l.*9.*C. de judic.* quod fieri nequit niſi ipſi fontes adeantur atque expendantur. Poëtâ dicente

Purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Guidonis itaque Papæ quæſtionis ſeu deciſionis 121, à Covarruvia citatæ verba ſunt iſta:

Quod homicida non debeat gaudere immunitate, „ tenet per pulchras rationes Joan. Petrar. „ *in tit. forma inquiſ. ſuper malef.* quâ die ſuit iterato

„rato deliberatum & conclusum inter Dominos
„Parlamenti secum vocatis aliis in jure peritis
„præsentis civitatis, quod dictus judex communis
„benè processerit dictum homicidam extrahendo
„à dicta immunitate; quia extrahens ab immu-
„nitate illum qui non debet ea gaudere non dici-
„tur infregisse immunitatem, ut dicit de Za-
„barel. *in c.inter alia* x *de immunit. Eccles.*licet
„Salicetus voluerit dicere quod priùs debuisset
„requiri licentia ab Episcopo, licet non obtenta:
„quod tamen non servatur in hac Curia Parla-
„menti, quia de Zabarel. *in Clem.* 1. *de Offic.*
„*Ordin.*tenet indistinctè quod debeat ab eo Epi-
„scopo extrahi, ubi delatus non debet gaudere
„immunitate.Ita Guido Papæ.

Quid hic, Deus bone de illa praxi ac moribus totius Christiani orbis, ubi tantum fit mentio de praxi Curiæ Gratianopolis?

Unde omnino credibile est virum Hispanum, aut ejus potius Amanuensem cui Gratianopolis incognita fuit, pro Gratianopolis, legisse aut intellexisse Christiani orbis. Aut potius quod verosimilius est, ut excusemus quoad licet ipsummet Covarruviam, vitium illud esse transcriptoris aut impressoris qui in manuscripto legerit Christiani orbis, pro Gratianopolis, sed ponamus, simile quid testatum fuisse Papium, de quo ille nec quidem somniavit, quid hoc ad rem nostram, quod Curia Gratianopolitana non servet sententiam Saliceti, requirentis præviam licentiam Episcopi ad extrahendum, in casu quem Guido Papius, uti & Co-

varru-

varruvias ponunt, quo videlicet *Notorium est*, sive extra omnem controversiam extractum non posse gaudere immunitate, *juxta Canonicas sanctiones*, in quibus idem Papius expressè se fundat videlicet cap. 1. x de homicidio?

Videamus modo num Guilielm. Benedicti aliquid testetur de ista praxi ac moribus Christiani orbis, quem Covarruvias dicto loco citavit post Guidonem Papium, dicens, *eundem Benedicti id notare in cap. Reynutius in verb. uxorem num.* 444 *de testam.*

Quo loco nihil minus tractatur quod eo referri aliquo usque posset, in signum quod auctor ille à Covarruvia visus non sit.

Tantum aliqua materiam immunitatis ecclesiasticæ concernentia more suo coacervavit sub *num.* 152, quæ alia non sunt quam quæ ex Covarruvia & Guidone Papio, in substantia adduximus.

Illius enim ista sunt verba: „pariter ubi delinquentes sunt in casu, quo gaudere non debent ecclesiasticâ immunitate juxta *cap.* 1. *de homicidio &c. inter alia de immunit. eccles.* Officiarii Regii eos capiunt, & ab ecclesia extrahunt sine alia declaratione per ecclesiam fienda, per motiva supra dicta: & ita vidi pluries servari, præsertim eo tempore quo leges cœpi audire Tholosæ in auditorio doctissimi viri atque eloquentissimi Domini Joannis Bosqueti nunc judicis Lauragnesii.

Unde & constat quam erroneè illi à Covarruvia

via ſit attributum teſtimonium illud *de orbis Chriſtiani praxi*. Qui non niſi de Regno Galliæ teſtatur, etſi nulla prorſus allegaſſet exempla quam unius Parlamenti Tholoſani.

Quamquam vero graviter culpandus ſit Covarruvias (ſi tamen verba illa ejus ſint) qui dùobus iſtis Gallis, Guidoni inquam Papio, & Guilielmo Benedicti, teſtimonium illud de *orbis Chriſtiani moribus* adſcripſerit ſuper facto extractionis reorum ab eccleſiis, in caſibus criminis notoriè excepti de quo nulla prorſus hic eſſe poteſt quæſtio.

Quanto gravius conqueri licet de adverſariis, qui non prædicta tantum adſcripſere Covarruviæ: ſed & hoc pręterea, quod ille teſtaretur Chriſtiani orbis praxi ac moribus, judices laicos cognoſcere de eccleſiaſtica immunitate an ea gaudere debeat reus nec ne?

Quæ omnia putavimus ad longum inſerenda, ut ex omnium prorſus animis impreſſio illa tollatur, quam boni illi viri multis hactenus ingenerarunt, de Covarruviæ, Papii, ac Benedicti judicio ac teſtimonio, *de orbis Chriſtiani*, in caſu noſtro ubi de immunitatis eccleſiaſticæ cognitione agitur, *praxi ac moribus*.

Neque enim parva res eſt adverſantes ſibi habere totius Chriſtiani orbis morem ac praxim, contra quos litigandum ſit, ac pugnandum.

XVII. Quibus ſic firmatis, etiam patet quantis in tenebris ſive dolo potiùs, ac fallaciâ (non enim videmus quomodo virum hunc excuſare poſſumus)

mus) fuit Clarus, dum ille, *recept. ſent. lib. 5 fin. pract. Crim. quæſt.* 30 *verſ. Quaro nunc num.* 20, ſic loquitur :

„ Ita quotidie videmus quod judices ſæcula-
„ res extrahunt delinquentes ab eccleſiis, non ex-
„ ſpectatâ licentiâ Epiſcopi, quia Prælati & judi-
„ ces eccleſiaſtici reddunt ſe in hoc valde diffi-
„ ciles, & dum requiritur & exſpectatur licentia,
„ Sæpe Clerici faciunt delinquentes aufugere, *&*
„ *ita moribus & praxi Chriſtiani orbis receptum*
„ *eſſe ait Didacus, in d. cap.* 20. *poſt n.* 18. *verſ.*
„ 34. Ita etiam ſervari in curia Delphinali, atte-
„ ſtatur Guido Papæ *deciſ.* 121. & ita pluries ſe
„ vidiſſe ſervari, refert Guiliel. de Benedictis *in*
„ 1. *part. repet. cap. Raymicius fol.* 81. *n.* 152.
„ ita etiam de facto ſervari atteſtatur Boërius *de-*
„ *ciſ.* 109. *n.* 2. ita Clarus.

In quibus verbis illud imprimis intolerabile ac planè inexcuſable, quod dicat *Didacum Covarruviam dicere ita moribus & praxi Chriſtiani orbis receptum eſſe*, cum Didacus tantum dicat illud aſſeri à Guidone Papæ his verbis : *ut aſſerit Guido Papa.*

Quod autem Guido Papæ illud non aſſerat, clarè ac certò ſe ſciviſſe oſtendit ipſe Clarus, dum verbis ſupra inſertis, de eodem Guidone mentionem faciens, illâ ipsâ *deciſ. ſeu quæſt.* 121. quam Covarruvias quóque citat, dicit : *ita ſervari in curia Delphin. atteſtatur Guido Papa.*

Quæ atteſtatió Guidonis de obſervantia curiæ Delphinalis, quæ alio nomine Gratianopolitana di-

dicitur, infinitis ſanè partibus diſcrepat ab obſervantia Chriſtiani orbis. Ille ipſe igitur & ſe, & ipſum inſigniter confundit Covarruviam; dum diſertis verbis teſtatur non aliter aſſerere Gùidonem Papæ, quam id quod extractionem ſine licentiâ Epiſcopi attinet, ſervari in Curia Gratianopolis.

Idem eſt de Guilielmo Benedicti, quem ipſemet Clarus agnoſcit non aliter teſtari quam ita pluries ſe vidiſſe ſervari.

Ex quibus omnibus non credimus locum eſſe relictum ulteriori dubitationi, quin falſa ſint quæ quatuor illorum Doctorum auctoritate paſſim credebantur ab hominibus, qui Evangelia eſſe ſibi perſuadent omnia quæ in libris impreſſis ipſis occurrunt: prorſus ac ſi ſcripta errare poſſint, impreſſa non æquè: etſi ſcripturam eſſe conſtet certiorem quam ipſammet impreſſionem, quæ ex ſcripto fit: unde & ſcriptoris erroribus Typographus ſuos addit.

Quo in errore imprudenter aliquando ſe hæſiſſe, per hos ipſos Auctores deceptum, expreſsè agnoſcit ipſe Farinac. in ſuo *tract. de immunit. eccleſ. cap.* 22. *n.* 357. *edit. Rom.*

Ubi de Epiſcopi licentia in caſu notorie excepto loquens pro hac, inquit, contraria obſervantia, àddo Guilielmum de Benedictis Gùidonem Papæ, Remigium, Clarum, & Coverruviam, cum quibus, & ego conſenſi ante promulgatam conſtit. Gregorii, cum viderem tot Doctores de ſervata conſuetudine teſtari.

Quid

Quid ergo mirum ſcriptores ac I. c. alias Farinacio longe inferiores eorumdem Auctorum, Coverruviæ inquam, Clari, aliorumque errororibus, cæco cæcum ducente, in errores fuiſſe præcipitatos?

Quæ tamen omnia, ſalvâ impertinentiâ, dicta ſunto; cum ex illis erroribus id tantum ſuaderi legentibus poſſit licentiam Epiſcopi in caſu criminis *notoriè* excepti praxi illâ prætensè univerſali abolitam eſſe, de qua nulla apud nos poteſt eſſe quæſtio.

Hæc autem noſtra quæſtio verſatur tantummodo circa cognitionem de immunitate eccleſiaſtica, ut ſciatur debeatne reus ea gaudere nec ne, idque in caſu dubio.

Tantùm porro abeſt *quod orbis Chriſtiani moribus at praxi* ea cognitio deferatur judici laico, ut idipſum longe verius dici, probarique poſſit de judicè eccleſiaſtico ut ex ante allegatis convincitur.

XVIII. Modo conveniamus, quoniam alios non habent adverſarii, auctores Gallos, ac unum pro omnibus Principem eorum Carolum Molineum: ecce hominem Eccleſiæ immunitatem omnem, ac juriſdictionem everſurum!

Ille Eccleſiaſticæ libertatis oppugnator infeſtiſſimus, *in additionibus ſuis ad Conſilia Alexandri lib. 7. Conſ.* 145, impiè gloriatur, Franciſcum primùm Galliarum Regem in Regno ſuo, dictâ Generali conſtitutione anni 1539. immunitatem Eccleſiæ in civilibus planè ſuſtuliſſe, & in criminali-

bus ita limitasse, ut illam prorsus subjecerit judicio, & arbitrio laicorum.

Ut verò audiamus quo denique. & ad quid venerit homo petulantissimus; audiamus eumdem *ad consuet. Parisiens. tit. de fiefs* §. 52. *num.* 66.

Imo, inquit, *etiam Clericum delinquentem intra Ecclesiam, vel templum, non potest Episcopus, vel alius Prælatus, aut judex Ecclesiasticus, vi jurisdictionis suæ capere, sed captura etiam Clerici, & in Ecclesia, spectat ad judicem sæcularem, seu habentem jurisdictionem vel territorium, non obstante. C. cum Episcopus de Offic. Ordin. in sexto: quia illud Capitulum nullum habet juris vigorem, nisi in locis, ubi Papa habet jurisdictionem temporalem.*

„ Et infra: in hoc Regno, jura Canonica, & „ constitutiones non ligant, in præjudicium ju- „ risdictionis sæcularis. „ Quæ hæretica dicta si vera sint, tota Episcoporum in Galliis jurisdictio est effectu extincta & Ecclesiæ ablata.

Cum tamen in Belgio, nihil sit aut experientia certius, aut ipsis etiam principibus nostris agnoscentibus fundatius, quam captura Clericorum, non in Ecclesiis tantum; sed & in plateis publicis, ac ipsis etiam Clericorum domibus, prout declaratum est Philippi II Regis Catholici edicto approbatorio Synodi Provincialis Cameracensis, de quo infra.

Mirum sanè cum pessimorum Gallorum pessimæ Regulæ, displiceant ipsis primariis Gallis, placeant tot tantisque Belgis.

Ita sanè contingit, plerosque fisci ministros, ut plu-

plurimum non aliis in libris, in decisionibus, seu arrestis, in constitutionibus, in moribus versari quam istiusmodi Francicis, quæ hic in forum à modo importantur, tamquam merces longè pretiosissimæ, atque ab omnibus osculandæ.

Prorsus quasi nulla bona sint, aut sapiant, nisi peregrina maxima libertinitate perfusa, & eximiâ levitate inania condita.

Vanos hos petulantium quorumdam Gallorum imitatores, confundit dictus Rebuffus ipse Gallus ad *sæpedictas constic. Reg. tract. de immun. eccles. art.* 1. *glos.* 1. ,, Dum *inquit*, jura Canonica ,, non esse facta sine magna ratione : imò ex ipsis ,, verbis Dei sumpta esse ideo, ut ait, non possunt, ,, non esse bona, & rationabilia, sed rebelles Ec- ,, clesiæ, & hæretici ea sapere non possunt, ut nec ,, quidam Neoterici scriptores, qui potius ad ignem ,, combustionis, quam devotionis accedentes, sa- ,, cros Canones maledictis impetunt : sed ipsi à ,, Deo maledicti, in ignem mittentur æternum, ,, nisi resipiscant.

Atquè iterum de hac ipsa immunitate tractans, *eod. tract.* gloss. 1. §. sexto num. 33. *Hodie*, inquit, *quidam judices semper contra Ecclesiam pugnant, quos, si in Parochia mea decederent, inter hircorum, & canum morticinia sepelirem.*

Imo *ad easd. const. Reg. tom.* 3. *tractat. ut laici non conven. num.* 10. Contra omnium istiusmodi Gallorum Atavum, ita loquitur, ,, *Plerique* ,, *Magistratus abutuntur &c.* unde non est du- ,, bium, eos incidere in pœnas prædictas (scili- ,, cet excommunicationis, aliasque ibidem rela-

„ tas) & quoſdam ſcimus depoſitos,juriſdictio-„nem Eccleſiaſticam pervertere volentes, ſe-„quentes *eorum Patrem, & Magiſtrum Petrum* „*de Cuneriis: ſed defecerunt ſicut fumus, &* „*aruit cor eorum.*

Deſiſtant plures Petri Cunerii, Molineique diſcipulorum auctoritatem nobis objicere: quam enim miſerum & cæcum eſt, judicem, aut alium quemcumque juſtum rerum æſtimatorem,in numerandis auctoribus tempus magis terere, quam in eorum rationibus ac fundamentis, ad juris & æquitatis trutinam ponderandis.

Etſi numero certandum eſſet, hac quoque in parte vinceremus, cum vix alios quam Gallos, eoſque ſchiſmatum perverſitate, ac libertinitate corruptos, aut Regum quorumdam uſurpatorum libidini ſervientes, producere pro ſe adverſarii poſſunt, quod ſupra abundè oſtendimus. Itaque ſpretâ multitudinis auctoritate,quæ ex ſe invicem inſequentibus anſeribus conſurgit: Reſpondendum nobis fuerit ad adverſantium rationes, ut ſaltem tanta eis ſit auctoritas quanta eſt ratio quam allegant.

Nos pro fundamento ſententiæ noſtræ aſſumpſimus immunitatem à Deo, ejuſque Vicario fuiſſe conſtitutam, ſacriſque eorum Canonibus xix. Econtra vero Petrus Cunerius, Molineus, Febretus de la ſouverainité lib. 1. cap. 12, ponentes ſecurim ad radicem; Regulam conſtituunt ex adverſo nimirum, *omnem juriſdictionem, & immunitatem profluxiſſe à Principibus ſæcularibus, at-*

que

que ab iis concessam esse Pontificibus & Ecclesiæ.

Contra similes Ecclesiasticæ libertatis temeratores, Gregor. VII, altiore voce excandescens, ,, ,, quis dubitet, inquit, Sacerdotes Christi, Regum ,, & Principum, omniumque fidelium Patres, & ,, Magistros censeri? Nonne miserabilis insaniæ ,, esse cognoscitur, si filius Patrem, discipulus ,, Magistrum sibi conetur subjugare, & iniquis ,, obligationibus illum suæ potestati subjicere, à quo credit *non solum in terra, sed etiam in cælis se ligari posse & solvi? cap. quis dubitet. distinct. 96.*

Attamen prophanatores illi, ipsum Apostolum opinionis, & sectæ suæ auctorem & Patronum provocant, ipse scilicet dixit, & Dei nomine mandavit; *Omnis anima sublimioribus Potestatibus sit subdita:*

Si responderimus: scilicet potestatibus sæcularibus subdantur sæculares, & Ecclesiasticæ, subditi sint Ecclesiastici: reponunt, Apostolum per potestatem, tantum *sæcularem* denotasse, ex subsequentibus; quoniam additur: *Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali, nec sine causa gladium portant*: & illum sensum secutus Paulus ipse appellando, se dixit Cæsaris subditum.

Respondebimus Principes esse pacis publicæ Protectores, & criminum vindices: ut omnis anima subdita ipsis sit vel ut judicibus, vel vindicibus, aut justitiæ executoribus, si enim Clericus graviter quietem politicam turbaverit Princeps jus habet ut pacis & salutis populi sui defensor, ut conqueratur potestati Ecclesiasticæ, judicium & ju-

juſtitiam ejus provocando, ut ab Eccleſia condemnatus ſceleratus Clericus, tradatur poteſtati ſæculari puniendus. Attamen ſi Deus Poteſtatem dederit Principibus ſæcularibus; filius ejus, cui data fuit omnis Poteſtas, illam viciſſim dedit Vicario ſuo, ligandi & ſolvendi in cælo & in terrâ.

Profecto quantum vel nudo rationis lumine, ipſa gentilitas ſive Barbara, ſive politioribus ſtudiis culta, Sacerdotio venerationis detulerit, univerſa mundi hiſtoria ex omni terrarum climate plenis faucibus vociferatur.

Cum enim Religione vita conſtet, auctore Plinio, & omnes ea moveantur Cicerone teſte, & in re politicâ ſecundum Ariſtotelem, primum ſit curatio rerum divinarum, Sacerdotes à gentibus omnibus, ſolò naturali lumine illuſtratis, mirifico ſemper in honore ſunt habiti.

Quin & hodiedum *Malabarum Reges in India Orientali Sacerdotes ſive Bragmanes omnes ſunt* atteſtante, Juſtò Lipſio contra Diodorum Dialogiſtarum.

Et quamvis Regiæ poteſtatis expertes eſſent, tamen & alibi ſupra Reges, alibi cum Regibus negotia publica, ſpectabili authoritate tractabant. Tanta Jovis ſacerdotum fuit in Meroë apud Reges Ægiptiorum auctoritas ut ad juſſa illorum non modo ſeſe imperio abdicarent, ſed vitam hanc ipſam alacres & lubentes profunderent.

Atque ipſe Tacitus de Germanis noſtratibus „ aſſeverat, tunc apud illos neque animadverte-

re,

„re, neque verberare quidem nisi Sacerdotibus „fuisse permissum, non quasi in pœnam, aut Ducis „jussu, *sed velut Deo imperante. libr. de eorum morib.* ac de Romanis Florus *l.* 1. ipsa Consulum officia (asserit) sacrorum præsidi ac ejus jussui subjecta fuisse. Tullius etiam ampliora: quid majus (inquit quam posse à summis potestatibus comitia tollere, concilia per instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid magnificentius quam posse decernere ut se magistratu abdicent Consules? *lib.* 1. *de divin. & lib.* 2. *de leg.*

Arbitrio sacerdotum gubernata fuisse, quæ ad ipsum politicum imperium pertinebant, *apud Persas* Eusebius, apud *Ægyptios* Elianus, apud *Ethiopes* Strabo, apud *Gallos* Cæsar aliique locupletissimi testes sunt.

Quantum etiamnum sit Sacerdotio apud Barbaram Turcarum gentem potestas, tum ex itinerario Cotowici *lib.* 4. *cap.* 7. tum ex nuperâ tragœdiâ auribus nostris recenter illapsa abundè discimus.

Quæ hic dicta sunt, commonstrarent, natura duce, religioni & illius Hierarchis (si modo sit religio, & non politica quædam seu Machiavellica ad coercendam plebem fabella) & prærogativas honoris, & decora majestatis, & cujusdam imperii gubernacula tribuenda, nam ut rectè Socrates apud Xenophontem: *quod ab omnibus gentibus servatum, id non nisi à Deo sancitum rectissime percensueris.*

Quo igitur luctuoso fato fiat, ut quod Pa-

ga-

ganis omnibus lucula quædam naturæ ratiocinantis inſerit, id ipſum in Chriſtianorum mentibus coadunatis Religione tam divinâ & tantorum tamque ineffabilium myſteriorum gravida, obliteretur? Quid dicam de eminentiâ Sacerdotum veteris Teſtamenti; de inauguratione eorum ſplendiſſimâ protensâ in dies ſeptem, & innumeris coruſca cæremoniis; de ſolemniſſima inunctione, facta unguento ſancto ex oleo, myrrha, cinnamomo, caſia, conflato; de auguſtiſſimo amictu, de judicio ejus ſummo in res politicas, aliiſque ſupremæ ac divinæ Majeſtatis in ipſius perſonâ relucentis inſignibus?

Videmus in documentis noſtris divinis, per Joiadam Sacerdotem convocari Principes & Centuriones, per claſſes diſtribui, armari, præfici portarum cuſtodiis, Joas ejſdem dari, in Regem ungi, coronari atque Athaliam Sacerdotali mandato non abdicari tantum regimine, ſed occidi.

Unde Joſephus Judaicarum rerum ſcriptor clariſſimus *Pontifex*, inquit, *dijudicat controverſias, cui qui non obedit, is pœnas luit tamquam in Deum impius.*

Nunc[redacted] liceat exclamare cum Apoſtolo ſi *quod evacuatur in gloria* fuit *multo magis quod manet in gloria* eſſe oportere, quandoquidẽ, ut ait Sanctus Leo *nunc & ordo clarior levitarum, & dignitas amplior Seniorum & ſacratior eſt unctio Sacerdotum:* ut poteſtate quam Deus dedit Regibus, non minor ſit illa quam filius ejus dedit ſuis Vicariis:

riis: & si Deus dixerit per me reges regnant, filius ejus sit gloriatus sibi datam omnem potestatem in cælo & in terra.

Ac revera non defuit hac in re priorum fidei nostræ principum vera, & Germana Religo, quos & Ecclesiam magnis honestasse prærogativis & singulari reverentiâ prosecutos in Ecclesiasticis historiis comperimus.

Hinc Basilius moriens hoc Leonem filium monito velut testamento imperiali donavit: *honora Ecclesiam Dei ut vicissim ab eâ honoreris, & Sacerdotes ejus reverere tamquam spiritales Patres*, S. Stephanus Hongariæ Rex vicissim filium suum Emericum erudiens *fili*, inquit, *seniores istos ita custodias ut pupillam oculi, illos enim constituit Deus humani generis custodes, sine illis non constituuntur reges nec principatus*. Non quod de Sacerdotum manibus regnorum gubernacula sumant reges, cum plurima Hæreditaria, sint, sed quod, ut habent litteræ. Per Synodum 8. Approbatæ, Sacerdotium imperii, sanctificatio est, & constitutio. Item Consilium Parisiense *anni* 829. *Magis Christianum regitur imperium, dum Ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali securitate pugnatur*.

Sed quid opus hæc ducere longius, cum Illustrissimæ Domus Austriacæ initia, quam cælum miris etiamnum benedictionibus complet ab honorato Sacerdotio incrementum cæpisse, & ad modernæ gloriæ fastigium, evasisse cuilibet

in rebus noſtris non peregrino planè & hoſpiti exploratum ſit.

Econtra deſpecti Sacerdotii & violatæ immunitatis eccleſiaſticæ reos Principes divinâ ultione mox infeſtatos, regno, vitâ exutos, horrendis ſomniis exagitatos, & vel ab hoſtibus, vel a plebibus ſuis duriſſimè vexatos, tum veteris teſtamenti documenta, tum omnium ſæculorum Annales; quæ fuſius enarrare & locus & tempus non patiuntur, altiſſimâ voce perſonant.

Atque hinc collabitur polliticorum quorumdam celebre illud, ſed inglorium argumentum, immunitatem eccleſiaſticam, quemadmodum liberali Principum munificentiâ condita fuit, ita viciſſim pro libero illorum beneplacito pingi ac repingi, accidi, truncari, vel etiam planè peſumdari & concukari poſſe.

Inverecunda, & parum conſentanea religioni aſſertio; non ita, à mera, ut comprobabimus piorum imperatorum munificentiâ eccleſiæ, & miniſtrorum ejus immunitas promanavit, quin & naturali lumine radiante perſuaſi, & divinorum eloquiorum doctrinis & exemplis accenſi, & pietatis Chriſtianæ ſtimilis compulſi, prærogativas iſtas velut omni juſtitiæ & æquitati conſentientes, profuderint potius, quam indulſerint.

Habet immunitas eccleſiaſtica aliquid ingeniti luminis ac divini juris, aliquid fidei & religioſæ pietatis, vel, ut minimè dicam, aliquid ineluctabilis decentiæ, quam, niſi conquaſſatis

cor-

cordatæ religionis cardinibus, non convulseris.

Unde merito edixit Synodus Tridentina immunitatem ecclesiasticam *Dei ordinatione & Canonicis sanctionibus constitutam.*

Ecce militibus servis regum despectissimis sua lex suum tribunal, suâ judicii forma conceditur, & Ministris Christi, Hierarchis Ecclesiæ, Regum Patribus, Magistris Doctoribus denegabitur ?

Sed aliter providit non modo antiquorum, verum & recentiorum Principum avita pietas, nullis politicorum immunitati Ecclesiæ obstrepentium machinationibus antiquanda.

Archiduces Maximilianus & Maria *anno* 1479. 13 *Junii* per edictum mandarunt, ut Jura spiritualia & Ecclesiastica, possessiones & immunitates personarum Ecclesiasticarum in Ducatu Brabantiæ sint salva, non præjudicata & sine diminutione prout *jure communi Canonico constituta, & recepta fuere temporibus suorum Antecessorum, principaliter Joannis* II & III qui de conservanda religiosè Brabantinis immunitate Eccesiasticâ, jure jurando singulariter se obstrinxerunt.

xx. Ad hæc interim reponunt instantque adversarii, & ipsos Romanos Pontifices assertionis suæ confessores allegant. Siquidem Innocent. tertius. *cap. 6. x. de immunitate Ecclesiar.* Ita Regi Scotiæ respondet „ inter alia .... & infra .. tujs „ quæstionibus respondentes juxta sacrorum Ca-„ nonum statuta, *& juxta traditiones legum ci-*

 vilium

„ *vilium* duximus diſtinguendum, quod fugiens „ad Eccleſiam, aut liber &c.

Reſpondemus, poſſunt Principes propter templorum reverentiam & Dei gloriam, donationes Eccleſiæ facere: at Eccleſia poterit vel eas rejicere vel acceptare.

Ita poſſunt Principes ſæculi ob honorem Domus Dei, ſubditis ſuis immunitatem promittere, & dare, attamen poterit Eccleſia illam recuſando rejicere, aut acceptando Canonizare: Ita ut munificentiæ iſtæ, leges non ſint quæ ligent Eccleſiam, donec ab eà acceptatæ ſint & Canonizatæ.

Semper enim verum eſt, immunitatem non eſſe directè in favorem delinquentium & ſubditorum Primcipum, ſed principaliter, conceditur, admittiturque propter honorem & reverentiam, quæ debetur locis ſacris & Divino cultui, quorum cuſtodes, judiceſque ſunt illi, quos Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quæ ſolutio diſtinċte deducitur per Proſp. fagu. ad dictum *cap. inter alia*: cujus verba *ad n.* 2. hic libenter inſeruimus; ubi ita loquitur.

„ Nota primo ibi, *tràditionis legum civilium.* „Papam in dubiis decidendis hic allegare legem „civilem ſtatuentem ſuper immunitate eccleſiæ, „ad idem *c. id conſtituimus.* 17. *q*, 4. *c. ex antequis*, „54. *diſt. cap.* 1. *de juram. caium.* Cum pluri„mis concordantibus congeſtis à Felino in *cap.* „*eccleſia S. Mariæ num.* 38, *ſuprà de conſtitut.* „Quod videtur mirabile, quia leges Imperato-

rum,

,,rum, ac Principum statuentes nominatim de ,,ecclesiis, & personis ecclesiasticis, ac bonis ,,earum, ponunt falcem in messem alienam, & sunt invalidæ ex defectu potestatis secundum communes theoricas *in d. cap. ecclesia*, ubi in specie Abbas in lectura *num.* 10. *vers. adprimum dico*. Felin. *num.* 4. *vers. recipit autem prædicta regula in prima limitat.*

Et dec, *n.* 91. etiamsi redundent in favorem, & commodum ecclesiarum, & disponant in materia, in qua contrarium non reperiatur statutum de jure Canonico, ut plenè scripsi in cap. *quæ in ecclesiarum, in* 5. *&* 7. *ampliat. n.* 26. *&* 30. *de constit.* & augetur difficultas, quia ecclesia non potest etiam sponte se submittere superiotati ac legibus Imperatoriis, ut notat Joann. Andre. in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ *n.* 5. *vers. ille vero, qui est super omne forum*; & probavi *in cap. significasti, à num.* 71. *de elect.* quomodo ergo Papa hic utitur lege civili disponente in materia ecclesiastica? pro solutione adverte, *quia lex civilis inserta Canoni, & sic Canonizata non dicitur amplius lex civilis, sed mutat nomen, & dicitur Canon, ut notat glos. in cap. in primis, in verb. capituli*, 2. *q.* 1. quam sequitur aliis relatis Felin. *in cap.* 1. *notab. suprà de præsumpta* quia omnia nostra facimus *&c. s.* 1. §. *sed neque, c. de veter. jur. enucliam cap. si Apostolicæ, de præben. lib.* 6. *cum concord.* alias vero leges Imperatorum, dummodo non offendant sunt cum Canonibus permiscendæ, ut hic patet, & *in cap.* 1. *in-*

1. *infrà de nov. oper. nuntiat. & in capite primo, & per tot. 10. distinct. secundum Hostien. hic in Princip. in ver. Canonum, Joann. Andr. n. 2. & Abba: in primo notab.*

XXI. Ex eadem ratione facilis oritur solutio, quam Petrus Cunerius olim fecit Bertrando Episcopo Eduensi (uti videre est in ejusdem Episcopi apologia quæ habetur in Biblioth. veterum Patrum) legi interdum ac inveniri, jurisdictio-„nem contentiosam in laicos concessam Eccle-„siæ ex privilegio quorundam Regum ac Impe-„ratorum. Simul autem non rectè consistere quod „aliqua jurisdictio competat Ecclesiæ de jure, „de consuetudine, & privilegio: si enim com-„petit ex uno non videtur competere ex altero.

Verum adversus objectionem illam idem respondebimus quod egregiùs ille Episcopus, Fisci advocato Cunerio coram Rege Francorum Philippo Valesio respondit.

Quod privilegium, vel consuetudo potest esse dupliciter: quoddam novi juris editivum, & istud non congruit cum aliis: aliud veteris juris confirmativum, seu declarativum, & istud benè potest concurrere: & ista distinctio etiam locum posset habere in consuetudine, & privilegio non novi juris editivis, sed antiqui declarativis & confirmativis.

Nec movere quemquam debent, si quæ essent edicta in hac materia Ecclesiastica, quæ malè, ac perperam condùntur, ac promulgantur, si aliter, quam ad sacros Canones juvandos: ad

quo-

quorum proinde ſenſum, ſemper interpretanda & inducenda ſunt, nec unquam, ut iis derogent, intelligenda, prout probat D. Guitier. pract. *qu. lib.* 1. *quæſt. d.* 1. *& lib.* 3. *qu.* 5. *Zuares de paz. in ſua praxi* 5. *part. Tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 153. Petrus Pechius de jure ſiſtendi *cap.* 6 *num.* 1.

Id vero maximè, poſt Concil. Trid. in toto hoc Belgio mandante Rege publicatum & accuratè obſervatum: quod *Seſſ.* 25. *cap.* 20 „*innovat* omnia privilegia *rebus*, *locis*, & perſonis ſacris, per quaſcumque *conſtitutiones* „attributa: ac Principes ſæculares officii ſui „admonet, ac obteſtatur, ut, cum Deus „eos ſanctæ fidei Eccleſiæque protectores eſſe „voluerit; jura Eccleſiaſtica diligenter conſervent, neque permittant, ut Magiſtratus, „vel judices Laici, Eccleſiæ immunitatem, „Dei, inquit, *ordinatione*, *& Canonicis ſanctionibus conſtitutam*, aliquo cupiditatis ſtudio „ſeu conſideratione, violent.

11. Convertitur Molineus aliam ad objectionē, ſcilicet, quod Epiſcopi aut judices Eccleſiaſtici, *non habeant Territorium*, adeoque illos non habere, quod ſeſe immiſceant reis ad Eccleſiam confugientibus, ſive in cognoſcendo ſive in extrahendo ſed plus ponderis habere non debet apud Catholicos irreligioſi hominis opinio, quam Philippi regis noſtri Catholici decretum, qui in ſuo edicto ſuper executione Concilii Provincialis Cameracenſis edito judicum Eccleſiaſticorum agnovit poteſtatem in capien-

endis Clericis non tantum in Ecclesiis aliisque locis sacris: sed & in locis publicis ac plateis, ipsisque eorum domibus, nec non tabernis, ac diversoriis, imo & ex ipsis civium domibus, si non illi muniti sint peivilegio contrario.

Verba edicti Regis sunt ista: *ne veullans que nos dicts consaux, ou juges provinciaux baillent, ou sonffrent estre Baillè a lavenir aucun empeschement ausdits Archevesque, Evesques; ou leur juges d'eglise, en l'apprehension desdits Ecclesiastiques de leur charge les Laissant par eux punir selon les decrets & saincts canons bien entendu, quils ne pourront les tirer hors de maisons des bourgeois, ou manans, estans personnes layes, ou de ce il y a privilege, ou coustume prohibant ladite extracton. En quoy toutefois ne seront comprinses Tavernes, cabarets, hosteleries, & semblables lieux, n'est qu eux soient aussi privilegiez, comme les autres maisons des bourgeois.*

Per quæ idem Rex noster apertè agnoscit in Ecclesia autoritatem territorii, saltem ad effectum exercendi ea quæ spectant ad forum Ecclesiasticum, etiam extra loci sacri limites, quanto magis in ipsa Ecclesia, aut loco sacro spectante ad Ecclesiam?

Præsertim cum idem Rex qui procuravit novorum in Belgio Episcopatuum erectiones, easdem etiam approbaverit, per quas singulis Episcopis, pro territorio, expressè assignantur singulæ eorum diœceses.

Quan-

Quantum vero ad ipſas Eccleſias, quæ domus ſunt Dei, cui potius incumbit expellere & amovere indignos, aut miſericordià dignos tueri, quam ipſiſmet Eccleſiaſticis.

Quod ipſum Chriſtum, ſuo comprobaſſe exemplo in ejiciendis negotiatoribus, ſupra etiam notatum eſt.

Quâ de re agens Franc Zypæus in ſuo tract. de juriſdict. *lib* 2.*tit*.15.*de aſylo* appoſitè ad rem noſtram, dicit,,, quod ipſa etiam loci ratio tri-,, buit in peccantes in loco juriſdictionem, cum,, ibi laici ullam nequeant exercere. *c*. 1. x. *de*,, *immunit Eccleſ*. & in re præſenti oporteat ſæ-,, pius providere, cum & privato intra ſuos,, parietes liceat vim cohibere.

,, Deinde adjungit: qui negant, hic in laicos,, Eccleſiæ juriſdictionem, quomodo recte dicent,, Chriſtum ementes & vendentes è templo,, ejeciſſe, cum regnum ejus non eſſet de hoc,, mundo, ſed ſpirituali juriſdictione competen-,, ter procederet? Ita Zypæus.

Quæ firmantur ex eo quod paſſim DD. Tradunt, Eccleſias, licet dicantur eſſe in territorio Principis ſæcularis, non tamen propriè dici de territorio ejuſdem Principis ſecularis: uti docent Angelus *de Malef*. §. *in Scalis*? *Petronii N*. 2. *poſt Gineum*. quem ibidem citat, Alciat. *De præſumpt. Reg*. 3. *præſumpt*. 33. *N*. 5. *Verſ. pro iſta opinione*. Aymo *conſ*. 9. 18. *n*. 6. *lib*. 5 Chaſſan. *Ad conſuet burgun. rub*. 1. §. *n*. 117. Card. Tuſch. *pract. concl. Verbi Eccleſia concl*. 5. *n*, 10. *& ſeqq. cap*-

postulasti x. *de foro competente.cap. Rex debet* 13. *quæst.* 5.

Nisi Dicamus cum Baldo (quod re ipsa in idem recidit) quod Ecclesia posset fortè dici de territorio superioris loci quoad protectionem.

Sed neque attendunt illi Ecclesiasticæ jurisdictonis impugnatores, ipsam Ecclesiam, ejusque jurisdictionem esse ipsismet territoriis, unde illi jurisdictiones omnes seu earundem exercitium æstimant antiquiorem

Nam jure Romano imperia & jurisdictiones non nisi personales erant, quæ personis ipsis tantum attribuebantur: prout benè notavit Nicol. Burgund. *in suo tract. controvers. ad consuetudines Flandriæ tract.9. tit.de Dominiis territoriorum.*

Ac de jurisdictione territoriis inhærente, quæ multo post introducta est Fageus, hodie, in-,,quit, alia est facies, alia forma jurisdictio-,, nis, quæ & feudis & municipiis, prædiisque ,,fere alligata, tam ad extraneos quam ad ,,posteros una transmittitur, & non aliter in lu-,, cro habetur, quam cetera bona patrimonia-,,lia ergo qui Dominium habet & territorium sive prædia necesse est habeat, in quæ vires suæ jurisdictionis libret, atque exerceat.

Cujusmodi hodierni temporis jurisdictiones Territoriales, non sic intelligi debuerunt inter Christianos introductæ, ut, per eas, destrueretur Ecclesiæ jurisdictionis (quod longe illis antiquius fuerat) exercitium: præsertim cum illa

ec-

Ecclesiæ jurisdictio hucusque permanserit, neque eam abrogare, in cujusquam esset potestate, quidquid illa ab hæreticis ac Christianis malis, per vim ac injuriam, passa fuerint.

XXIII. Aliam iterum objectionis rationem opponunt adversarii: scilicet, quod per jus asyli, delinquentes licet laici eximantur à pœna, & punitione ipsis per potestatem laicam destinata, igitur à pœnis istiusmodi eximi non possunt, præterquam à Principe sæculari, illius siquidem dumtaxat est pœnam remittere, cujus est illam ordinare & infligere.

Respondetur Episcopi habent potestatem conservandi Reverentiam, & decorem templis, & divinæ præsentiæ, *ex ipsa Dei ordinatione, & sanctis Canonibus eis debitam*, atque ita sequestratos in Ecclesiâ amplectendi, & retinendi. Potius delinquentes sub Dei, & Ecclesiæ pallio protegendo, quam eos à pœnis, & morte eximendo, aut absolvendo.

Ut & Principes etiamsi directè non sint judices Clericorum in spiritualibus, imo nec esse possint, vel ipsis consentientibus, attamen in multis intuitu justitiæ possunt agere ipsorum protectores; Quæ omnia in quæstione proposita, adeo certa sunt, ut ipsemet Joannes Gallus, etsi ecclesiasticæ jurisdictionis adversarius infensissimus ac pro tali ab ecclesia etiam damnatus, *lib.* 4. *c.* 2. *sub initium*, ea fateri debuerit.

„ Summus ille, inquit, Sacerdos noster Chri-
„ stus est, qui quamdiu inter homines versatus est,

„est, quia judicari ab illis debebat, noluit il-
„los judicare, videlicet, ubi in controversiis
„sæcularibus quæstio fuit, nec enim pro illis
„venerat: *at tanto fervore vendentes & ementes*
„*ejiciens templo, docuit præcipuum munus eccle-*
„*siastici esse vindicare & coërcere quæ in Dei con-*
„ *temptum fiebant.*

De quo dubitari minus potest, ex eo quod illa propriè ac verè juris ecclesiastici ac sacri quæstio sit, an is qui ad ecclesiam confugit illâ gaudere possit ac debeat immunitate quam ecclesia concessit.

Neque refert, ad juris illius resolutionem seu definitionem permittendam esse hanc facti quæstionem, an, & quale crimen, à confugiente commissum sit.

Cujusmodi facta rebus ac quæstionibus ecclesiasticis intermixta, si causam facerent sæcularem, nulla prorsus, nec spiritualissima quidem apud ecclesiam remaneret, quod alibi clarissimis exemplis abundè probatum est.

Nullum enim ejus nisi ex facto oritur, *l. si ex plagis §. in clivof. ad leg. aquil. & ibi DD.*

Ita tamen, ut illa facti cognitio non porrigatur ulterius neque major sit, quam ad causæ spiritualis sive ecclesiasticæ, puta immunitatis cognitionem, definitionemque sufficiat.

Qua de re tanto minus dubii esse potest quod DD. passim de hac ipsâ immunitatis materiâ scri entes, nominatim verò Cavalcanus, Bobadilla, & Azevedo, locis suprà designatis ex-

presè doceant, quod quando judicio sæculari incidit quæstio quæ habet conexum quid spirituale, & sapit quid ecclesiasticum, illius cognitio spectet, sitque remittenda ad judicem ecclesiasticum: in tantum, ut eâ pendente, judex sæcularis abstinere debeat ab ulteriori processu, alias processum esse nullum, per text. in cap. si judex laicus, de sentent. excom. in 6. & cap. si clericus laicum. x. de foro compet.

Quod maximè procedit quando est quæstio juris, *argumento cap. tuam non, de ordine cognitionum. cap. lator præsentium, qui fil. sint legit. ita* Covarr. *tom.* 1. *de matrim. part.* 2. *cap.* 8. §. 3. *n.* 4. latissimè Zevallos *qu.* 403. per totam.

In præsenti autem casu non de nudo & mero facto, sed suppositâ prohibitione delicti reo imputati, & omnium circumstanstiarum, quæritur quid juris? an hujusmodi reus immunitate (quæ notoriè est res mere ecclesiastica & sacra) gaudere debeat, an non?

Sic jure decisum est, quod ad solum judicem ecclesiasticum spectat cognoscere, an incarceratus per judicem laicum privilegio Clericali (si de eo controvertatur) gaudere debeat. *text. express. in d. cap. si judex: de sentent. excom. in* 6. ita præclare docet Alexand. *lib.* 6. *consi.* 149. *incip. in causa inquisitionis*, ubi id probat ex Cyno & B ldo, *l. si qua per calumniam. c. de Episcop. & Cleric.* & aliis. Ac interim, ait, *judicem laicum supersedere debere quoad criminis cognitionem, donec super eo fuerit pronuntiatum.*

Eant

Eam esse communem opinionem, & probari ab omnibus DD. *in d. cap. si judex & in cap. unico de Cleric. conjugat.* in 6. ac apud Hispanos inviolabiliter observari, suprà probatum est ex Covarr. *pract. quæst. qu.* 33. *num.* 1.

In quæstione autem de imminutatate loci sacri, non minus controvertitur de re ecclesiastica & spirituali, quam in illa, quæ est de privilegio Clericali.

Unde si hæc de jure (æquè ut apud Hispanos de praxi) competat soli judici ecclesiastico; eodem jure competet & prior, quia versatur circa immunitatem ecclesiæ, quam sacri speciem esse non minus quam rem sacram, & personam sacram, ex D. Thoma & Navarro satis convincitur, etsi ex se certissimum.

In non absimili quæstione, 25. *May*, 1633. Rex Catholicus in suo Concilio Privato Bruxellis judicavit, quæstionem hanc quæ inciderat in materia successionis coram Magistratu Gandavensi, an Adriana Permentier esset vera religiosa professa, vel non, & consequenter inhabilis ad succedendum parentibus, remittendam esse ad Officialem Gaudavensem, prout dictam causam ad eum remisit, levato statu, contra dictum Officialem, ne de ea cognosceret, per Concilium Flandriæ prius decreto; facta interim inhibitione Magistratui Gandavensi, ne in causa principali successionis ulterius procederet, donec, in præsenti incidentali quæstione ecclesiastica, cognitum foret per dictum Officialem.

De-

Denique plus quam certum eſt, illas factorum (eorum nominatim quæ ipſius juris eccleſiaſtici cognitioni connexa ſunt, ac non niſi ad juris eccleſiaſtici cognitionem, deciſionemque præparant) abſtractiones, ac ſeparationes, non niſi malorum illorum hominum adinventiones eſſe, qui juriſdictionem eccleſiæ penitus volunt exſtirpatam: præſertim cum jura ipſa per ſe ſumpta, ut in ſacris Canonibus leguntur certa ſint definitionemque ſuam ipſimet loquantur Canones, adeoque judice eccleſiaſtico opus non eſſet, poſtquam laicus de facto omni judicaſſet, ex quo jus illud neceſſario conſequitur, ſed judex mutus ſufficeret.

Abundè itaque conſtat, prætextu illo ſive factorum, ſive litis principalis ſuper crimine in ordine ad punitionem, non poſſe excludi, aut impediri cognitionem juris eccleſiaſtici in ordine ad immunitatem.

Quin, ex adverſo, æquius ac rationabilius eſſe ut magis dignum ad ſe trahat minus dinum, ſpirituale inquam, ad ſe trahat ſæculare, præſertum cum cauſarum dividi continentias jura omnia vetent.

XXIV. Iſtiuſmodi objectiones hactenus agitatæ penè Gallorum ſunt; his noſtrates aliqui addunt aliam, petitam ex ipſo edicto illo Regio anni 1587 edito ſuper executione Synodi Provincialis Cameracenſis: quod nos hactenus in favorem Eccleſiaſtici judicii allegavimus, ab adverſariis pro cauſa adverſa proponitur:

Quatenus nimirum, postquam edicto illo Decretum fuit de observanda, quantum fieri potest Ecclesiasticâ immunitate.

Mox subjicitur: *Et encas de difficulté, les Ecclesiasticques se pourront addresser a nous, ou a ceux de nôtre dict Conseil privé pour y avoir'e regard comme de raison.*

Unde simpliciores quidam putarent inferri posse cognitionem illam de Ecclesiastica immunitate, an eâ quis gaudere debeat? reservatam esse à Rege sibi ipsi, aut Concilio suo sanctiori seu privato.

Verum erraret ille toto cælo, quisquis id sibi persuaderet. Nec dum facultas illa, quæ datur aut permittitur ecclesiasticis, eis ibi datur aut permittitur ad litigandum coram Rege, aut Concilio sanctiore ejus, quod coram Rege, ejusve Concilio sanctiore (utpote gratiæ potius Concilio quam justitiæ) fieri non consuevit:

Sed tantum ad effectum, ut Regis ipsius, ejusve sanctioris Concilii auctoritate, extra formam litis, ecclesiâ protegatur adversus eos, de quorum illa queri vellet violentiis, ac imaginationibus, adversus eamdem ecclesiæ immunitatem.

Ne, videlicet, deficiente Regia protectione ac provisione, necesse foret ecclesiæ uti gladio suo spirituali excommunicationum. Hinc etiam fit quod Rex non permittat indistinctè cuilibet, neque partibus, *qu'ils se pourront addresser à luy, ou a son conseil privé*, sed tantum *que les ecclesiastiques se pourront adresser.*

At,

At, ubi ſimpliciter quæritur, an confuga quiſpiam gaudere debeat immunitate, non poteſt intelligi mota eccleſiæ difficultas de ſua immunitate, ſed ipſi ſolum confugæ, ſeu reo eam prætendenti ſibi debitam, de quo proinde non prohibetur eccleſia cognoſcere.

De quo edicti regii intellectu, utcumque clariſſimo, quo minus dubitetur, remittemus dubitantem ſi quis ſit ad ejuſdem edicti articulum paulo anteriorem.

Ubi poſtquam Rex vetuit, *à tous ſes conſaux & ſieges præſidiaux, & toutes autres juſtices ſeculieres, de n'entreprendre ſur la juriſdiction eccleſiaſtique.*

Mox ſubjungit ſimilem omnino clauſulam qua uſus eſt poſtmodum loquens de eccleſiaſtica immunitate; hanc ſcilicet: & *ou, à ceſte occaſion, leſdicts Archevéque & Evéques pretendroient y avoir emprinſe; auront leur recours vers nous, ou vers nos treſchiers & feaux les Chief Preſident, & gens de nôtre Conſeil privé, pour y ordonner ce que de raiſon.*

Quo in poſteriore caſu violatæ juriſdictionis eccleſiaſticæ, nemo mortalium dicet, per eumdem ad Regem aut ſanctius illius Concilium recurſum, aut recurrendi facultatem, cognitionem eccleſiaſticarum cauſarum ſervari Regi.

Quo igirur colore, in caſu recurſus planè ſimilis, ob violatam eccleſiæ immunitatem, dici poterit, ejus cognitionem ſervari Regi, ejuſque Concilio ſanctiori?

Cum,

Cum, è contrario, utroque casu, permittatur recursus, tum ut salva sit jurisdictio, tum ipsa immunitas; quin imò, jurisdictionis ea propriè causa est, cum quæritur, an ad ecclesiam spectet de immunitatis causa cognoscere, quod hoc modo fit.

. Quod itaque à Rege permittitur, ut salvetur ecclesiæ sive jurisdictio sive immunitas; nequaquam id operari potest, ut jurisdictio illa, sive immunitas ecclesiæ auferatur, contra vulgatas juris regulas. Nec enim quod in favorem alicujus conceditur, debet in ejus odium, retorqueri. Sed & repugnat naturæ, ut ad certum instituta effectum, effectum operentur contrarium. Quando igitur Rex dicit : *. . cas de Difficultè, &c. Ecclesiastiques se pourront addresser a nous &c.* nihil aliud dicit aut agit quam conformiter ad mentem dictæ synodi Cameracensis, quæ ad imitationem Concilii Trident. sess. 25. act. 20. provocantis Regum, & principum protectionem, non habuit ad eos recursum, ut immunitatem Ecclesiæ judicarent, verum ut illam conservent, neque permittant, ut Magistratis. Vel judices laici, Ecclesiæ immunitatem, Dei ordinatione ; & Canonicis sanctionibus constitutam aliquo cupiditatis ... *violent* :

Hac imitatione in Synodo illâ Cameracensi, tit. 22. de foro jurisdictionis, & immunit. Eccl. cap. 12. dictum reperitur „ cum variis modis con-„ tingat turbari jurisdictionem Ecclesiasticam, per „ judices laicos, supplicetur ex parte hujus sa-

crae

„ cræ Synodi, Regiæ Majeſtati, ut utriuſque „ fori Eccleſiaſtici & civilis indemnitati, & ju- „ dicum omnium quieti & ſinceritati conſulens, „ quod ſuum eſt cuique tribuere, & ne ſe invi- „ cem turbent, aut impediant, *ſua auctoritate Regia providere dignetur*, cui ſupplicæ Rex conformiter ſtatuit, *& en cas de difficulté, les Eccleſiaſtiques ſe pourront addreſſer a nous, &c. pour y avoir le regard comme de raiſon.*

Quibus verbis non judicium de rebus eccleſiaſticis ſed protectionem pollicetur; conformiter ad petita, niſi velis quod petenti panem, ſerpentem porrexerit.

XXV. Atque hac via tandem progredimur ad ultimum adverſantium receptaculum: dum enim ſibi advertunt, & Canones & edicta, & concordata reſiſtere, ad præſcriptionem, & contrarium uſum confugiunt, quaſi ultimam naufragii tabulam; contendentes leges Canoneſque ſuper jure aſyli ordinatos jam paſſim ab omnibus tribunalibus & judicibus eſſe proſcriptos, totaque Chriſtiani orbis praxi & moribus judicium immunitatis jam tribui ſæcularibus. Verum cum ſuper hiſce Chriſtiani orbis moribus, non allegent, quam errantem Julium Clarum alioſque prætensâ auctoritate Covarruviæ deceptos, jam ſatis deſuper dictum eſt ſupra.

Cæterum ad hanc objectionem duplex reſponſio eſt, una facti, altera juris: quid ſcilicet fiat, aut quid fieri debeat quod primam attinet, jam oſtendimus, ex auctoribus, Italis Mediolanenſibus,

bus, Neapolitanis, Sicilianis, Sabaudicis, Hiſpanis, ex univerſali potius Chriſtiani orbis moribus, Canones Pontificiaſque conſtitutiones in viridi permanſiſſe obſervantia.

Quid vero in Brabantia, Mechlinia & Catholico Belgio in uſu fuerit jam à ſæculis, conſtat ex Bulla Martini V, conceſſa Duci Brabantiæ, anno 1418 ex ſubmiſſione & deprecatione Sculteti & Magiſtratus Mechlinienſis factâ Archiepiſcopo Cameracenſi anno 1478, ex concordiâ inita, inter Jacobum Epiſcopum Cameracenſem, & civitatem Antverpienſem anno 1514. Ex concordatis initis inter Carolum V, & Epiſcopos Leodienſem & Cameracenſem; ex Synodibus Antverpienſibus & Cameracenſibus, & Philippi II. edictis jam præcitatis; multiſque inſtrumentis aliis jam proclamatis; in quibus omnibus obvius ſe exhibet uſus Canonum & Bullæ Gregorii XIV, totus conformis. Jam inde à Bullâ Gregorii XIV., anni ſcilicet 1591 tranſeamus ad priora, media, & ultima ſæculi noſtri tempora; & ecce ſe offerunt vel in ſolis Archivis, âc regeſtis Archiepiſcopatus Mechlinienſis, legis illius, ac ejuſdem continuatæ obſervantiæ exempla quam plurima.

Præcipua Bullæ Gregorianæ ſententia de cujus uſu, aut non uſu, quæritur, hæc eſt:

Quodque delinquentes laici prædicti, poſtquam ut refertur, ab Eccleſiis locisque ſacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo

mo carcere, ac opportuna custodia, data illis si opus fuerit per curiam sæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, curiæque sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi revera crimina superius expressa commiserint; tuncque demum de mandato Episcopi per judicem Ecclesiasticum curiæ sæculari, quacumque appellatione postpositâ, consignentur.

Hisce simillima habentur in Bulla Martinianâ, & concordato inter Jacobum Episcopum Cameracensem & Magistratum Antverpiensem.

Hæc vero omnia, judices Ecclesiasticos, civiles ac militares concordi assensu, & usu observasse subsequentibus temporibus, probant Officialium sententiæ, Prætorum contestationes, & gubernatorum & Ducum litteræ.

Anno 1637 Officialis Mechliniensis judicavit Octavium Bartholomè homicidam, frui debere jure asyli, sententiamque desuper pronuntiavit de plurium Jurisconsultorum & Canonistarum assensu.

Simili modo, similem sententiam tulit anno 1638, in causa Pascasii van Haute supplicantis pro immunitate, & Prætoris Lovaniensis opponentis.

Anno 1642, 19 Octobris Comes Garcia tribunus accepit ab Archiepiscopo Mechliniensi Raphaëlem Flores, custodiendum in carcere

cere civitatis Mechliniensis, eâ lege ut ibidem detineretur sub tutela Ecclesiæ, donec Officialis judicasset super immunitate.

* In regestis ejusdem Archiepiscopatus, anni 1643, iterum inveniuntur sequentia.

„Epistola scripta Illustrissimo Domino per „Dominum Pastorem de Nossegem, quo ad „captum rusticum extractum è loco sacro de „Voscapelle. De data 16 Julii 1643.

Huic Epistolæ junctæ sunt tres aliæ scriptæ eidem Illustrissimo quo ad idem negotium, ab Excellentissimo Domino Duce d'Alburquerque: prima de Leefdael de data 27 Julii 1643, qua transmittit informationes factas per Dominum Auditorem equitatus: secunda scripta in Peruwé de data 13 Aug. 1643, qua scribit sese missurum præfatum captivum ad Illustrissimum Dominum, modo hic promittat eumdem remittere, si reperiatur non posse eum gaudere immunitate: tertia de Peruwé de data 17 Augusti 1643, qua in conformitatem Epistolæ scriptæ ab Illustrissimo Domino eidem mittit dictum captivum, ad discutiendum si debeat gaudere eadem immunitate nec ne? atque hæ litteræ omnes Originales reservantur in palatio Bruxellensi.

Litteris istis conformis est Epistola quam anno sequenti scripsit eidem Archiepiscopo, Patriæ gubernator in terminis;

I L-

ILL.MO Y R.MO SEÑOR.

S. E. el Sr. Marques de Castel Rodrigo, me encomendo con muchas veras procediose à cargo de Juan Millan soldado de la guardia de las capas azules, el qual hirio estos dias passados, al teniente del Aman, en el Exercicio de su Officio, procurando hazer observar el placarte de la moneda. Ha se savido agora que el delinquente se ha retirado en los Bogardos, y assi sera servido V. S. Ill.ma y R.ma, mandar dar orden à su promotor le saque de alli, y le tenga en buena custodia, hasta que se sepa, si deve gozar de la imunidad Ecclesiastica, o no. Dios guarde a V. S. Ill.ma y R.ma con los aumentos de estado que deseo Brux.as a VII *de Xe.* 1644. *besa la mano de V. S. Ill.ma y R.ma. Estava firmado* Juan de Paredes y Bullon.

Anno 1649, Daniel & Gabriel van Opstal, Joannes Donck, ac Adrianus Stuckens, suspecti de perpetrato homicidio in personam Guielmi Faet Juristæ, templo Carthusianorum mandato Archiepiscopi Extracti sunt & carceri Universitatis mancipati; verum 19 Junii 1649 cum sententiâ Officialis digni habiti sint asylo, mandavit ille Prætori Lovaniensi rescribenti, ut eosdem ad Conventum Carthusianorum reduceret.

Anno 1650 Ægidius Vermeulen ad Ecclesiam de Hanswyck confugus, ad instantiam Sculteti Mechliniensis inde per Decretum Archiepiscopi Extractus est, Scultetoque traditus custodiendus sub conditione de eo restituendo loco asyli, si per sententiam declararetur eo debere gaudere: ac deinde 12 Septembris 1650, contestante Sculteto definivit D. Officialis eumdem Ægidium Supplicantem debere gaudere immunitate locali.

Die 27 Augusti 1670, in causa asyli inter D. I. F. vande Vehne Auditorem militiæ Regiæ Actorem contra Joannem Ceron Vexilliferum, & Thomam de Isla militem in præsidio civitatis Mechliniensis reos profugos ad Monasterium P. P. Minoritarum S. Francisci, ac inde mandato Officialis Extractos, lata est sententia, qua declaratum est homicidium ab ipsis commissum non fuisse juxta SS. Canones, & Bullas Apostolicas taliter qualificatum, ut rei se indignos reddidissent immunitate sacri loci, ac consequenter mandatum est Procuratori Officii, ut cum eadem assistentia, qua ducti fuerant ad carcerem, reducerentur hora designanda ad Conventum P.P. Minoritarum.

Anno 1671 in Octobri Prætori Lovaniensi petenti, data est, per Officialem licentia ad extrahendum civem de Conventu S. Martini ob crimen assasinatus.

Anno 1676, 25 Augusti D. Officialis Mechliniensis,

chlinienfis, judicavit Francifcum Perelle, reſcribente D. vande Venne Auditore exercitus Regii non debere gaudere immunitate, aſyli.

Anno 1678, 25 Julii, Joannes Orick Generalis Præpoſitus exercitus Principis Orangiæ, obtulit Libellum ſupplicem Vicario Generali Mechlinienſi, quo petiit capitaneum quemdam nomine Talbot, aſſaſinatus ſuſpectum atque ad Eccl. Metrop. S. Rumoldi profugum inde extrahi, ut conſtitueretur in carcere civitatis, cum promiſſione eumdem reum reſtituendi Eccleſiæ & aſylo, ſi per ſententiam illo dignus inveniretur: petitis conſenſit Vicarius.

Eodem anno famoſius accidit exemplum; quando inſtante Duce de Villahermoſa Belgii Gubernatore, Bartholomæus Centrey reformatus cohortis equeſtris Dux, è cæmiterio Arenariæ Bruxellis ad ſequeſtrum Archiepiſcopale deductus, obtulit Archiepiſcopo, Libellum ſupplicem, ut immunitati locali reſtitueretur; ſecutiſque conteſtatione advocati Fiſcalis Regii exercitus, ac proceſſus inſtructione, obtinuit 22 Septembris 1678, Epiſcopalem ſententiam, in his verbis.

In cauſa immunitatis *Eccleſiaſticæ coram nobis Alphonſo de Berghes Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ Archiepiſcopo Mechlinienſi, Belgii Primate, & ad exercitus Regios Suæ Majeſtatis Delegato Apoſtolico, mota & indeciſa pendente inter Bartholomæum de Centrey ſupplicantem ex*

unâ, & D. Fiscalem supremæ justitiæ militaris insinuatum ex altera partibus, visis ejusdem causæ actis ad replicam inclusivè instructæ, viso quoque Decreto nostro diei trigesimæ Julii novissimi, quo prædictum Dominum insinuatum à duplica seclusimus, quibus omnibus consideratis & attentis, de Theologorum & Jurisperitorum nobis communicato consilio & assensu, per hanc sententiam nostram definitivam dicimus decernimus & declaramus prædictum supplicantem debere gaudere immunitate Ecclesiasticâ, eapropter ordinamus Procuratori Officii Curiæ nostræ, quatenus prædictum supplicantem uti profugum ad asylum Ecclesiæ è carceribus de Vrinte, ad quos sese de mandato nostro recepit, ducat ad Cæmiterium Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis in Arenaria, eumque ibidem prædictâ immunitate frui debere declaret, condemnantes prædictum Dominum insinuatum in expensas litis ad nostram taxationem. Actum Mechliniæ, die vigesimâ secunda mensis Septembris 1678. Erat signatum Alphonsus Archiepiscopus Mechliniensis, à latere vero erat impressum præfati Illustrissimi Domini Archiepiscopi in hostia rubra chartâ coopertâ.

Eodem anno 1678, idem Excellentissimus Dominus Dux de Villahermosa 24 Januarii scripsit Comiti de Waldech, pro dandâ Illustrissimo ac Reverendissimo reparatione immunitatis Ecclesiasticæ, quam ejus Officiarii via

facti procedendo ausi fuerant violare èxtrahendo reum quemdam de loco sacro.

Anno 1680, 20 Decemb. Officialis ejusdem Archiepiscopi, contestante Drossardo Ducis Arschotani, declaravit per suam sententiam, Gerardum Godfrin indignum fuisse immunitate cæmiterii per quod ductus fuerat.

Anno 1682 econtra seclusit locum-tenentem D. Ammanni Bruxell. in causa asyli, & judicavit pro Maturino Verneme.

Anno 1683 D. Alexander Canan locum tenens supremus Legionis D. Comitis d'Offerii, petiit sibi restitui Alexandrum de Jonge militem legionis, D. Douglas, profugum ad asylum Ecclesiæ, ob hoc quod commisisset homicidium qualificatum in personam Jemmins militis dictæ legionis D. Dofferii: negavit Alexander qualitatem homicidii, allegans se homicidium illud commisisse necessitate defensionis sui compulsus: Verum utrimque productis testibus de dolosa nece convictus, die 31 Decembris 1683 per sententiam Officialis, declaratus est asylo indignus, traditusque judici militari, per eum suspensus est è patibulo.

Et iterum anno 1685 Petrus Ferro miles legionis Italicæ Marchionis de Terrecusa perpetrato homicidio voluntario in personam Martinæ, N, ut id constabat per legitimos testes propriamque rei Confessionem, frustra invocans asylum Ecclesiæ FF. Minorit. Mechliniæ, per De-

Decretum Officialis 22, inde extractus, & brachio seculari traditus, in foro Mechliniensi est jugulatus.

Ipso hoc tempore, quo modernus Archiepiscopus primo in civitate Bruxellensi consecrabatur Episcopus Brugensis, miles ibidem detinebatur captivus, quod rapinam commisisset in viâ publicâ, hic negligentia custodum carceris evadit in sacrum quoddam sacellum profugus, inde per Archiepiscopum de Berges carceri Episcopali sequestratur; donec per Officialem ejus judicaretur asylo dignus indignusve; hic Theologorum ac Jurisconsultorum sententia sua declaravit, hominem asylo dignum, eo quod inter grâssatores viarum numerandus non esset, quod non nisi semel, & ista vice rapinam commisisset, citra habitualem consuetudinem, atque ita in custodia Archiepiscopi fuit detentus, donec absolutionem obtinuit à gubernatore patriæ, Marchione de Grana, idque more primitivæ Ecclesiæ ad preces prænominati Guilielmi Humberti, tunç consecrati Episcopi Brugensis. Modico deinde temporis intervallo accidit, quod miles quidam, læso à se alio milite, in civitate Ostendana, refugit ibidem ad Conventum PP. Capucinorum: Gubernator civitatis ilico, reum loco asyli, vi extraxit: dictus Illustrissimus Dominus Humbertus tunc Episcopus Brugensis, mandavit Gubernatori, ut qua via & modo militem rapuisset, eadem formâ asylo redderet, at-

que

que una à Deo precaretur veniam, & ab excommunicatione, qua illigabatur absolutionem peteret. Cui obediens Gubernator veniam & absolutionem petiit supplex obtinuitque.

A Paucis deinde annis miles alius custos domus pulveris tormentarii in fortalitio Dammensi illius quantitatem aliquam furtim sublatam vendidit: captivus trahitur ad civitatem Brugensem, ac ductus juxta Eccles. Cath. per ejus Claustrum (locum sacrum) reclamat jus asyli, quo gavisus est: unde deductus ad carcerem Episcopalem, in quo per quatuor menses detentus, antequam requireretur Episcopus ut judicium ferret utrum delictum commisisset exceptum, indignumque asylo, illi denique restitutus, aufugit. Interea, tempore ejusdem Humberti, in eadem civitate, sæpius accidit, ut Magistratus Brugensis requirens extractionem delinquentium è loco asyli, in eum finem Episcopo attulerit informationes quibus probaretur reos commisisse crimen exceptum, quos dictus Episcopus illi tradidit, postquam per Officialem ejus ita judicatum deprehensumque fuerat.

Plurima ejusmodi exempla occurrerunt eidem Illustrissimo viro, evocato ad Archiepiscopatum Mechliniensem. Miles Hollandus pluribus aliis anterioribus criminibus, addidit nocturnum, studiosumque homicidium, præscindendo guttur proprio suo socio. Lovanii captus, du-

ductusque per milites incarcerandus, manibus eorum delapsus, abripit sese in Ecclesiam S. Petri, Ductores milites eum insequuntur usque ad Aras; comprehensum templo vi retrahunt. Horum certior factus Humbertus Archiepiscopus adiit generalem Copiarum Hollandicarum eumque memorem reddidit, quomodo confœderatorum exercitus in has Provincias transiisset in adjutorium status politici, minimè vero in contemptum Ordinis Ecclesiastici ejusque immunitatis, ad hæc Archiepiscopi monita, promptus Generalis equum ascendit, & vix civitatem Lovaniensem intravit, quin, Ecclesiæ Reverentiam & militem restitueret. Instituto deinde per judices Ecclesiasticos ad hoc deputatos, examine super qualitate Commissi criminis, judicatum fuit exceptum illud esse, & asylo indignum, ac propterea reus suo judici militari redditus, rotæ illigatus cruenta morte punitus est.

Non longo intervallo alia subsequitur Historia, Diaconus aliquis diœcesis Cameracensis, veste, & moribus clericalibus exutus, militiæ Hollandiæ inscriptus, ac deinde illius desertor, à Capitaneo deprehensus, mortique destinatus confessario revelat characterem suum, monitus rei illius idem Archiepiscopus eundem Generalem adiit, rogans ut si propter reverentiam loci sacri, homicidam militem asylo restituisset, propter honorem personæ sacræ, & Ordinis Cle-

Clericalis ipſum ſacro ordini donaret, iterum obſequitur Generalis, & utriuſque militiæ deſertorem Officialibus Archiepiſcopi conceſſit, qui eundem ad proprium Ordinarium tranſmiſit.

Hiſce ſimilia quam plurima intervenerunt, ultimo hoc bello, quibus Principes Catholici,& ipſi hæretici immunitatem templorum venerati ſunt ſine contradictione.

Unicum addam, quod omnia continet,quo nuperrime poſſeſſio immunitatis, juſque Eccleſiaſtici judicis ſtabilita ſunt: ſcilicet cum Copiis auxiliatricibus ex hibernis eundum eſſet ad Bellum & arma, plures ignavi milites Vulcani poſtquam tota hieme foco aſſediſſent, in campos ituri martem deſerebant ad Eccleſiam transfugæ, in magnum exercitus decrementum, & publici periculum: cui occurrere ſtudentes Rex Angliæ,& Gubernator hujus Patriæ Dux Bavariæ, per Principem Voudemontium, eundem Archiepiſcopum rogarunt & induxerunt, ut contra hos ſtudioſos deſertores templa pro deſertionis, & peccati ſui aſylo ambientes, publicaret Decretum & conſtitutionem in fine hic junctam & impreſſam,quam etiam ſi Bullæ Gregorianæ prorſus ſimilem & ſubalternam eam non tantum Angliæ Rex, verum etiam Dux Bavariæ omnino approbavit.

Imo inſigniter confirmavit, exemplis factiſque ſuis noviſſimis Auſtriacæ Religionis æmulator Egregius.

Sci-

Scilicet à paucis diebus N. Beaufort de multiplici crimine accusatus, & Bruxellis captivus, effracto carcere, confugit ad Conventum P. P. Dominicanorum, ejus rei certior factus Dux Serenissimus, has litteras destinavit Archiepiscopo.

ILL.MO SEIGÑOR.

Haviendo pocos Dias ha escapadose de la prision el ingeniero Baufort, y retiradose al conbento de los Padres Dominicos d'esta villa por causa de hallarse conbencido de diferentes crimenes, que ha cometido, y que merecen castigo exemplar, me manda S. A. E. decir a V. S. I. se sirva de disponer que la justicia Ecclesiastica se asegure de su persona en el inter, que se reconosce si le deve valer ò no la immunidad de la Iglesia. Guarde Dios a V. S. I. M. A. como deseo. Bruxelas 1. de Julio de 1700. Don Joseph de Arze. Illustrissimo Señor Arçobispo de Malinas :-

Mox Archiepiscopus lecto tam justo desiderio, illi, juxta Bullam Gregorianam obediens mandavit Promotori Curiæ spiritualis, ut præfatum N. Beaufort, retraheret de monasterio, & suo carceri manciparet.

Qua expeditione intellecta, Serenissimus Gubernator eâdem justitiâ, iteratas litteras transmisit

ſit eidem Archiepiſcopo, his verbis

ILL.MO SEÑOR.

HE Informado a S. A. E. de haverſe aſegurado V. S. I. de la perſona del Ingeniero Baufort refugiado en el conbento de los Dominicos deſta Villa, haviendole hecho poner en la Carcel Arçobiſpal y haviendole enterado tambien de lo que V. S. I. me hizo adbertir anoche de lo poco ſeguro, que lo conſiderava en ella me manda dezir S. A. E. à V. S. I. que para que lo eſtè como conbiene podra V. S. I. hazer lo poner en la Carcel Real de eſta Stamporta, o en la que hallare y mas ſegura el Principe de Berghes à donde eſtarà como priſionero de V. S. I. en el interin que V. S. I. examina y decide el punto de ſi deve o no gozar de la imunidad de la Igleſia. Guarde Dios à V. S. I. M. A. como deſeo. Bruſelas 3. de Julio de 1700. Don Joſeph de Arze: Illuſtriſſimo Sr. Arçobiſpo de Malinas.

Intereà pendente hoc judicio idem Illuſtriſſimus Archiepiſçopus præſentavit Libellum ſupplicem, quo expoſuit eidem Principi; quod poſtquam Officialis Mechlinienſis, ad inſtantiam D. Sculteti, & Magiſtratus illius oppidi, eduxiſſet D. N. Ophoven è Conventu PP. Dominicanorum, eumque Civitatis carceri mancipaſſet, ab eodem Magiſtratu illic detinere-

cur

tur quasi illorum captivus non obstante subsecutâ Officialis sententiâ, qua declaraverat eumdem prætensè reum frui debere immunitate monasterii, eique esse restituendum:

Quapropter juxta edictum Philippi II. invocatâ protectione Regia, petiit Archiepiscopus à Serenissimo Duce, ut mandaret Magistratui, ut quantocius dictæ sententiæ se conformarent; quod & fecit zelosus Princeps scriptis in id ipsum D. Sculteto, & civitati litteris, de data 9 Julii 1700.

Ne nimia prolixitate molestiores simus, desisto intermedii temporis plura ejusmodi exempla, quibus Episcoporum Regesta turgent, describere; quæ tanta sunt, ut eorum multitudine potius confundi posset pars adversa, quam illorum inopiâ vanam suam præscriptionem jactitare contra judicem Ecclesiasticum. Quis igitur tam inverecundi oris fuerit imposterum, ut asserere audeat, non esse ultra notum illum usum in Belgio, secundum quem Episcopi, eorumve Officiales judicent, utrum delinquentes, indigni sint asylo? utrum crimen ab ipsis commissum exceptum sit nec ne.

Aut si fortè unum, alterumque casum contrarium quis attulerit, violentiâ potentiori, aut ignaviâ judicum Ecclesiasticorum progenitum, quis illo argumento, observantiam praximqne tot sacris legibus factisque stabilitam sustulerit, quin eadem via omnes Princi-

pum

pum leges, Regumque nostrorum Edicta proscripserit malorum quorumdam transgressionibus tentata? Quid enim adeo sanctum, quod non inveniat prævaricatorem? Denique quidquid foret de usu contrario, veluti ipsa immunitas, est impræscriptibilis, ut potè perpetuæ, & invincibili rationi innixa, *Dei Ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta*, ut illud declararunt, tot centeni ex omni orbis parte in nomine Domini congregati, Concilii Trid. Patres: quidquid humano fluctu contra vociferentur prophani authores aliqui.

Ita quoque impræscriptibilis est Ecclesiæ jurisdictio per quam ab eâ tollatur, ejusque Episcopis judicium de immunitate, sive ejus Principium, seu finem consideraveris: etiamsi consuetudo foret tanti temporis cujus initii non esset memoria. *cap. cum terræ de elect. cap. cum causa de sent. & re Judic. præcipuè post Bullam.* Urbani VIII. per quam omnis consuetudo contraria libertati Ecclesiæ sublata est.

Neque tandem audiendi sunt, qui eo prætextu quem apud Clarum legerunt loco supra citato, Ecclesiæ immunitati non esse deferendum iactant, quod interim dum deliberatur ac disputatur an ea gaudere debeat reus, is facile possit elabi.

Illi enim malo adinventum est remedium: si enim aut fugæ subsit periculum, aut disputationis materia, debet ille (quod & quotidiana praxis

os propositiones proscriptas facto adscripserit
sic quatuorvir nuclas subscripsit


3

CONFUTATIO QUATUORVIRI DESIDERII CONDEI,

Suscipientis Causam PETRI MOENS, Pastoris Brugensis in criminandis Theologis Religiosis, ac præcipuè Societatis JESU.

COLONIÆ,

Apud JOAN. WILHELMUM FRIESSEM, Juniorem, 1681.



Decretum Officialis 22,inde extractus, & brachio seculari traditus, in foro Mechlinienfi est jugulatus.

Ipso hoc tempore, quo modernus Archiepiscopus primo in civitate Bruxellensi consecrabatur Episcopus Brugensis, miles ibidem detinebatur captivus, quod rapinam commisisset in viâ publicâ, hic negligentia custodum carceris evadit in sacrum quoddam sacellum profugus, inde per Archiepiscopum de Berges carceri Episcopali sequestratur; donec per Officialem ejus judicaretur asylo dignus indignusve; hic Theologorum ac Jurisconsultorum sententia sua declaravit, hominem asylo dignum, eo quod inter grâssatores viarum numerandus non esset, quod non nisi semel, & ista vice rapinam commisisset, citra habitualem consuetudinem, atque ita in custodia Archiepiscopi fuit detentus, donec absolutionem obtinuit à gubernatore patriæ, Marchione de Grana, idque more primitivæ Ecclesiæ ad preces prænominati Guilielmi Humberti, tunc consecrati Episcopi Brugensis. Modico deinde temporis intervallo accidit, quod miles quidam, læso à se alio milite, in civitate Ostendana, refugit ibidem ad Conventum PP. Capucinorum: Gubernator civitatis ilico, reum loco asyli, vi extraxit: dictus Illustrissimus Dominus Humbertus tunc Episcopus Brugensis, mandavit Gubernatori, ut qua via & modo militem rapuisset, eadem formâ asylo redderet, at-

queuna à Deó precaretur veniam, & ab excommunicatione, qua illigabatur absolutionem peteret. Cui obediens Gubernator veniam & absolutionem petiit supplex obtinuitque.

Paucis deinde annis miles alius custos domus pulveris tormentarii in fortalitio Dammensi illius quantitatem aliquam furtim sublatam vendidit: captivus trahitur ad civitatem Brugensem, ac ductus juxta Eccles. Cath. per ejus Claustrum (locum sacrum) reclamat jus asyli, quo gavisus est: unde deductus ad carcerem Episcopalem, in quo per quatuor menses detentus, antequam requireretur Episcopus ut judicium ferret utrum delictum commisisset exceptum, indignumque asylo, illi denique restitutus, aufugit. Interea, tempore ejusdem Humberti, in eadem civitate, sæpius accidit, ut Magistratus Brugensis requirens extractionem delinquentium è loco asyli, in eum finem Episcopo attulerit informationes quibus probaretur reos commisisse crimen exceptum, quos dictus Episcopus illi tradidit, postquam per Officialem ejus ita judicatum deprehensumque fuerat.

Plurima ejusmodi exempla occurrerunt eidem Illustrissimo viro, evocato ad Archiepiscopatum Mechliniensem. Miles Hollandus pluribus aliis anterioribus criminibus, addidit nocturnum, studiosumque homicidium, præscindendo guttur proprio suo socio. Lovanii captus, du-

ductusque per milites incarcerandus, manibus eorum delapsus, abripit sese in Ecclesiam S. Petri, Ductores milites eum insequuntur usque ad Aras; comprehensum templo vi retrahunt. Horum certior factus Humbertus Archiepiscopus adiit generalem Copiarum Hollandicarum eumque memorem reddidit, quomodo confœderatorum exercitus in has Provincias transiisset in adjutorium status politici, minimè vero in contemptum Ordinis Ecclesiastici ejusque immunitatis, ad hæc Archiepiscopi monita, promptus Generalis equum ascendit, & vix civitatem Lovaniensem intravit, quin, Ecclesiæ Reverentiam & militem restitueret: Instituto deinde per judices Ecclesiasticos ad hoc deputatos, examine super qualitate Commissi criminis, judicatum fuit exceptum illud esse, & asylo indignum, ac propterea reus suo judici militari redditus, rotæ illigatus cruenta morte punitus est.

Non longo intervallo alia subsequitur Historia, Diaconus aliquis diœcesis Cameracensis, veste, & moribus clericalibus exutus, militiæ Hollandiæ inscriptus, ac deinde illius desertor, à Capitaneo deprehensus, mortique destinatus confessario revelat characterem suum, monitus rei illius idem Archiepiscopus eundem Generalem adiit, rogans ut si propter reverentiam loci sacri, homicidam militem asylo restituisset, propter honorem personæ sacræ, & Ordinis

Cle-

Clericalis ipsum sacro ordini donaret, iterum obsequitur Generalis, & utriusque militiæ desertorem Officialibus Archiepiscopi concessit, qui eundem ad proprium Ordinarium transmisit.

Hisce similia quam plurima intervenerunt, ultimo hoc bello, quibus Principes Catholici,& ipsi hæretici immunitatem templorum venerati sunt sine contradictione.

Unicum addam, quod omnia continet,quo nuperrime possessio immunitatis, jusque Ecclesiastici judicis stabilita sunt: scilicet cum Copiis auxiliatricibus ex hibernis eundum esset ad Bellum & arma, plures ignavi milites Vulcani postquam tota hieme foco assedissent, in campos ituri martem deserebant ad Ecclesiam transfugæ, in magnum exercitus decrementum, & publici periculum: cui occurrere studentes Rex Angliæ,& Gubernator hujus Patriæ Dux Bavariæ, per Principem Voudemontium, eundem Archiepiscopum rogarunt & induxerunt, ut contra hos studiosos desertores templa pro desertionis, & peccati sui asylo ambientes, publicaret Decretum & constitutionem in fine hic junctam & impressam,quam etiam si Bullæ Gregorianæ prorsus similem & subalternam eam non tantum Angliæ Rex, verum etiam Dux Bavariæ omnino approbavit.

Imo insigniter confirmavit, exemplis factisque suis novissimis Austriacæ Religionis æmulator Egregius.

Sci-

Scilicet à paucis diebus N. Beaufort de multiplici crimine accusatus, & Bruxellis captivus, effracto carcere, confugit ad Conventum P. P. Dominicanorum, ejus rei certior factus Dux Serenissimus, has litteras destinavit Archiepiscopo.

ILL.MO SEIGÑOR.

Haviendo pocos Dias ha escapadose de la prision el ingeniero Baufort, y retiradose al conbento de los Padres Dominicos d'esta villa por causa de hallarse conbencido de diferentes crimenes, que ha cometido, y que merecen castigo exemplar, me manda S. A. E. decir a V. S. I. se sirva de disponer que la justicia Ecclesiastica se asegure de su persona en el inter, que se reconosce si le deve valer ò no la immunidad de la Iglesia. Guarde Dios a V. S. I. M. A. como deseo. Bruxelas 1. de Julio de 1700. Don Joseph de Arze. Illustrissimo Señor Arçobispo de Malinas :·

Mox Archiepiscopus lecto tam justo desiderio, illi, juxta Bullam Gregorianam obediens mandavit Promotori Curiæ spiritualis, ut præfatum N. Beaufort, retraheret de monasterio, & suo carceri manciparet.

Qua expeditione intellecta, Serenissimus Gubernator eâdem justitiâ, iteratas litteras transmisit

ſit eidem Archiepiſcopo, his verbis

ILL.MO SEÑOR.

HE Informado a S. A. E. de haverſe aſegurado V. S. I. de la perſona del Ingeniero Baufort refugiado en el conbento de los Dominicos deſta Villa, haviendole hecho poner en la Carcel Arçobiſpal y haviendole enterado tambien de lo que V. S. I. me hizo adbertir anoche de lo poco ſeguro, que lo conſiderava en ella me manda dezir S. A. E. à V. S. I. que para que lo eſtè como conbiene podra V. S. I. hazer lo poner en la Carcel Real de eſta Stamporta, o en la que hallare y mas ſegura el Principe de Berghes à donde eſtarà como priſionero de V. S. I. en el interin que V. S. I. examina y decide el punto de ſi deve o no gozar de la imunidad de la Igleſia. Guarde Dios à V. S. I. M. A. como deſeo. Bruſelas 3. de Julio de 1700. Don Joſeph de Arze: Illuſtriſſimo Sr. Arçobiſpo de Malinas.

Intereà pendente hoc judicio idem Illuſtriſſimus Archiepiſcopus præſentavit Libellum ſupplicem, quo expoſuit eidem Principi; quod poſtquam Officialis Mechlinienſis, ad inſtantiam D. Sculteti, & Magiſtratus illius oppidi, eduxiſſet D. N. Ophoven è Conventu PP. Dominicanorum, eumque Civitatis carceri mancipaſſet, ab eodem Magiſtratu illic detinere-

tur

tur quasi illorum captivus non obstante subsecutâ Officialis sententiâ, qua declaraverat eumdem prætensè reum frui debere immunitate monasterii, eique esse restituendum:

Quapropter juxta edictum Philippi II. invocatâ protectione Regia, petiit Archiepiscopus à Serenissimo Duce, ut mandaret Magistratui, ut quantocius dictæ sententiæ se conformarent; quod & fecit zelosus Princeps scriptis in id ipsum D. Sculteto, & civitati litteris, de data 9 Julii 1700.

Ne nimia prolixitate molestiores simus, desisto intermedii temporis plura ejusmodi exempla, quibus Episcoporum Regesta turgent, describere; quæ tanta sunt, ut eorum multitudine potius confundi posset pars adversa, quam illorum inopiâ vanam suam præscriptionem jactitare contra judicem Ecclesiasticum. Quis igitur tam inverecundi oris fuerit imposterum, ut asserere audeat, non esse ultra notum illum usum in Belgio, secundum quem Episcopi, eorumve Officiales judicent, utrum delinquentes, indigni sint asylo? utrum crimen ab ipsis commissum exceptum sit nec ne.

Aut si fortè unum, alterumque casum contrarium quis attulerit, violentiâ potentiori, aut ignaviâ judicum Ecclesiasticorum progenitum, quis illo argumento, observantiam praximqne tot sacris legibus factisque stabilitam sustulerit, quin eadem via omnes Princi-

pum

pum leges, Regumque nostrorum Edicta proscripserit malorum quorumdam transgressionibus tentata? Quid enim adeo sanctum, quod non inveniat prævaricatorem? Denique quidquid foret de usu contrario, veluti ipsa immunitas, est impræscriptibilis, ut potè perpetuæ, & invincibili rationi innixa, *Dei Ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta*, ut illud declararunt, tot centeni ex omni orbis parte in nomine Domini congregati, Concilii Trid. Patres: quidquid humano fluctu contra vociferentur prophani authores aliqui.

Ita quoque impræscriptibilis est Ecclesiæ jurisdictio per quam ab eâ tollatur, ejusque Episcopis judicium de immunitate, sive ejus Principium, seu finem consideraveris: etiamsi consuetudo foret tanti temporis cujus initii non esset memoria. *cap. cum terræ de elect. cap. cum causa de sent. & re, Judic. præcipuè post Bullam* Urbani VIII. per quam omnis consuetudo contraria libertati Ecclesiæ sublata est.

Neque tandem audiendi sunt, qui eo prætextu quem apud Clarum legerunt loco supra citato, Ecclesiæ immunitati non esse deferendum iactant, quod interim dum deliberatur ac disputatur an ea gaudere debeat reus, is facile possit elabi.

Illi enim malo adinventum est remedium: si enim aut fugæ subsit periculum, aut disputationis materia, debet ille (quod & quotidiana, praxis

xis habet, & Bullæ Pontificiæ) abduci ab ecclesia, ac carceribus includi, sive Ecclesiasticis, sive iis quos curia sæcularis eam in rem comodavit, prout idipsum conventum est per tractatum inter Episcopum Cameracensem, & has civitates supra citatum junctumque: cui libentissime se conformarunt hactenus Episcopi Belgii, ac semper conformabunt, quoties fuerint requisiti, promptissime daturi Cæsari quod est Cæsaris, sperantes ut judices sæculares Deo relinquant quæ Dei sunt: Rogantesque eum Synodi Cameracensis & Concil. Trident. Patribus Regem Catholicum, ne permittat, ut Officiales sui violent *immunitatem Ecclesiæ Dei ordinadinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam,* Ne devotissimus Monarcha Augustissimis domus Austriacæ prædecessoribus cedere cogatur in libertatis Ecclesiasticæ protectione, quibus minime impar est in Deum ejusque sponsam religione.

FINIS.

